Hec dicit dñs de⁹. Dicite filie syō. Ecce saluator tu⁹ venit: et merces ei⁹ cū eo. Quis est iste q venit de edom tinctis vestib⁹ de bosra? Iste formos⁹ i stola sua: gradiēs i mltitudie fortitudinis sue. Ego q loquor iusticiā: et propugnator sum ad saluādū. Quare ergo rubrū est idumētū tuū: et vestimēta tua sicut calcātiū i torculari? Torcular calcaui solus: et de gentib⁹ nō est vir mecū. Calcaui eos i furore meo: et cōculcaui eos in ira mea. Dies ei vltiōis i corde meo: annus retributionis mee venit. Et aspersus est sanguis eorū super vestimēta mea: et oia indumēta mea iquinaui. Circūspexi & nō erat auxiliator: qsiui & nō fuit qui adiuuaret. Et saluauit michi brachiū meū: et idignatio mea ipsa auxiliata est michi. Miseratio nū dñi recordabor. Laudē dñi annūciabo sup oia q reddidit nobis: dñs de⁹ nr. R. Nō auertas faciē tuā a puero. qm tribulor velocit exaudi me V. Saluū me fac de⁹ qm itrauerūt aque vsqz ad animā meā infixus sum in limo profundi et non est substantia. Dominus vobiscū. Flectamus genua le. or.
Deus q p nob filiū tuū crucis patibulū subire voluisti: vt iimici a nob expelleres ptatē: ꝯcede nob famlis tuis vt resurrectiōis grām ꝯseqmur. P. L. ysa. p.
In dieb⁹ illis: Dixit ysa (liii) ias Dñe qs credidit auditui nro & brachiū dñi cui reuelatū e? Et ascēdit sicut virgultū corā eo: et sicut radix de terra sitienti. Et nō est species ei neqz decor: et vidim⁹ eū et nō erat aspect⁹. Et desiderauim⁹ eū despectū: et nouissimū virorum virū dolorum et sciētē ifirmitatē. Et quasi abscōdit⁹ vult⁹ ei⁹: et despect⁹. Vñ nec reputauim⁹ eū. Vere lāguores nros ipe tulit: et dolores nros ipse portauit. Et nos putauim⁹ eū quasi leprosum: et pcussum a deo & hūiliatū. Ipe autē vulnerat⁹ ē ppter iniqtates nras: attrit⁹ est ppter scelera nra. Disciplina pacis nre sup eū: & liuore ei⁹ sanati sum⁹. Oēs nos quasi oues errauim⁹. Vnusqsqz i viā suā declinauit: & dñs posuit i eo iiqtatē oim nrm. Oblat⁹ est qr ipse voluit: et nō aperuit os suū Sicut ouis ad occisionē ducetur: et quasi agn⁹ corā tondēte se obmutescet/et nō apiet os suum. De āgustia & de iudicio sublatus est. Gnationē eius qs enarrabit? Qr abscisus est de terra viuētiū. Propter scel⁹ ppli mei pcussi eū: et dabit ipios p sepultura/et diuites p morte sua. Eo qp iniqtatē non fecerit: nec dolus fuerit i ore

eius. Et dñs voluit ꝯterere eum:
in īfirmitate. Si poſuerit ꝓ pec
cato aīam ſuā: videbit ſemē lōge:
uū / et volūtas dñi ī manu eiꝰ diri
geť. Pꝛo eo ꝙ tradidit ī moꝛtē ani
mā ſuā: ⁊ cū ſceleratis reputatus
eſt. Et ip̄e pctā multoꝝ tulit: et ꝓ
tranſgreſſoꝛibꝰ rogauit vt nō pe:
rirent. Dicit dominus: op̄s. Tꝫ.
Domine exaudi oꝛationē meā: et
clamoꝛ meꝰ ad te veniat. V. Nō
auertas faciē tuā a me: in quacunqꝫ die
tribuloꝛ inclina ad me aurē tuā. V. In
quacūqꝫ die inuocauero te velociter ex:
audi me. V. Qꝛ defecerunt ſicut fumus
dies mei et oſſa mea ſicut in frixoꝛio cō:
fixa ſunt. V. Percuſſus ſum ſicut fenū ⁊
aruit coꝛ meū qꝛ oblitꝰ ſuꝫ comedere pa
nē meū. V. Tu exurgens dñe miſerebe:
ris ſyon: quia venit tempus miſerendi
eius. Paſſio domini nr̄i ieſu chꝛi:
ſti ſecundum lucam. xxij. et. xxiij.

In illo tēpoꝛe. Appꝛopin:
quabat dies feſtꝰ azimo:
rum qui dicitur paſcha:
et querebant pꝛicipes ſa:



cerdotū et ſcri:
be quomodo ie:
ſum īterficerēt
Timebāt vero
plebem. Intra:
uit autē ſatha:
nas in iudā qui
cognominabať
ſcarioth vnꝰ de
duodecim: et a:
biit et locutus
eſt cum pꝛicipi:
bus ſacerdotum et magiſtratibꝰ
quemadmodū illum traderet eis /
et gauiſi ſunt / et pacti ſunt pecu:
niam illi dare. Et ſpopondit. Et
querebat opoꝛtunitatem: vt trade
ret illum ſine turbis. Venit autē
dies azimoꝛum: ī qua neceſſe erat
occidi paſcha. Et miſit petrum et
iohannem dicens. Euntes para:
te nobis paſcha: vt manducemus
At illi dixerunt. Ubi vis paremꝰ:
Et dixit ad illos. Ecce introeun:
tibus vobis in ciuitatem: occur:
ret vobis homo amphoꝛam aque
poꝛtans. Sequimini eū ī domum
in quam intrat: et dicetis patrifa
milias domꝰ. Dicit tibi magiſter
Ubi ē diuerſoꝛium vbi paſcha cū
diſcipulis meis mādu cem? Et ip:
ſe vobis oſtendet cenaculum ma:
gnum ſtratum: et ibi parate. Eū:
tes autem inuenerunt ſicut dixit
illis: ⁊ parauerunt paſcha. Et cū
facta eſſet hoꝛa: diſcubuit et duo:
decim apoſtoli cum eo. Et ait il:
lis. Deſiderio deſideraui hoc paſ
cha manducare vobiſcum: anteꝙ̄
patiar. Dico enim vobis: quia ex
hoc non manducabo illud donec
impleatur in regno dei. Et acce:
pto calice: gratias egit ⁊ dixit Ac
cipite: et diuidite inter vos. Dico
enim vobis: ꝙ non bibam de ge:
neratione vitis / donec regnū dei
veniat. Et accepto pane gratias
egit et fregit: et dedit eis dicens.
Hoc eſt coꝛpus meum: quod ꝓ vo
bis datur Hoc facite: in meā com
memoꝛationem. Similiter ⁊ cali
cem: poſtꝙ̄ cenauit dicens Hic eſt
calix nouum teſtamentum in ſan
guine meo: qui ꝓ vobis fundetur
Uerumtamen ecce manus tradē:
tis me: mecum eſt in menſa. Et
quidem filius hominis ſecundum
quod definitum eſt vadit. Uerun
tamen ve homini illi: per quē tra
detur Et ipſi ceperunt querere in
ter ſe: quis eſſet ex eis qui hoc fa:
cturus eſſet. Facta eſt autem con
tentio inter eos: quis eoꝛum vide
retur eſſe maioꝛ. Dixit autem eis

iesus Reges gentium dominātur
eorum: ⁊ qui potestatem habēt su
per eos benefici vocātur. Vos au
tem non sic. Sed qui maior est in
vobis: fiat sicut iunior. Et qui p̄
cessor est: sicut ministrator. Nam
quis maior est: qui recumbit an q̄
ministrat? Nonne qui recumbit?
Ego autē in medio vestrū sum: si
cut qui ministrat. Vos autē estis
qui permansistis mecum: in tēta
tionib⁹ meis. Et ego dispono vo
bis sicut disposuit michi pat̄ me⁹
regnum: vt edatis et bibatis sup
mensam meam in regno meo / et
sedeatis super thronos iudicātes
duodecim tribus israel. Ait autē
dn̄s symoni Symō ecce sathanas
expetiuit vos: vt cribraret sicut
triticū. Ego autē rogaui pro te:
vt nō deficiat fides tua. Et tu ali
quando ꝯuersus: ꝯfirma fratres
tuos. Qui dixit ei. Dn̄e / tecū pa
ratus sum: et in carcerem ⁊ i mor
tem ire. Et ille dixit. Dico tibi pe
tre / non cantabit hodie gall⁹: do
nec ter abneges nosse me Et dixit
eis. Quādiu misi vos sine saccu
lo et pera et calciamētis: nūqd ali
quid defuit vobis? At illi dixerūt.
Nichil. Dixit ergo eis. Sed nūc
qui habet sacculum tollat: simili
ter et perā. Et qui nō habꝫ: vēdat
tunicā suā / et emat gladiū. Dico
eñ vobis qm̄ adhuc hoc qd̄ scp̄tū
est: oportet ipleri i me. Et cū iniqs
deputatus est. Etenī ea q̄ sunt de
me: finē habēt. At illi dixerūt. Do
mie. Ecce gladij duo hic At ille di
xit eis. Satis est. Et egressus. se
cundū consuetudinē ibat in mon
tem oliuar̄. Secuti sunt aūt illū:
et discipuli. Et cum peruenissent
ad locū: dixit illis. Orate ne itre
tis in tentationē. Et ipe auulsus
est ab eis: q̄ntū iactus est lapidis.
Et positis genib⁹: orabat dicens
Pater: si vis trāsfer calicē istuꝫ a
me. Verūtn̄ nō mea voluntas: sed
tua fiat. Apparuit aūt illi angel⁹
de celo: cōfortās eū. Et factus in
agonia: prolixius orabat. Et fa
ctus est sudor ei⁹: sicut gutte san
guinis decurrētis in terrā. Et cū
surrexisset ab oratiōe / et venisset
ad discipulos suos: iuenit eos dor
mientes pre tristicia. Et ait illis.
Quid dormitis? Surgite: orate
ne itretis in tētationē. Adhuc eo
loquente: ecce turba et q̄ vocabat̄
iudas vnus ex duodeci antecede
bat eos. Et appropiquauit ad ie
sum: vt oscularet̄ eū. Iesus autē
dixit ei. Iuda osculo filiū homi
nis tradis. Videntes autē q̄ circa
ipsum erant qd̄ futurū erat: dixe
runt ei. Dn̄e: si percutimus i gla
dio? Et percussit vnus ex illis ser
uum principis sacerdotū: et am
putauit auriculam ei⁹ dextrā. Re
spondens autem iesus: ait. Sini
te vsq₃ huc. Et cum tetigisset auri
culam eius: sanauit eū. Dixit au
tē iesus ad eos q̄ venerāt ad se p̄n
cipes sacerdotum: ⁊ magistratus
tēpli et seniores. Quasi ad latro
nem existis cū gladiis et fustib⁹:
cū quotidie vobiscū fuerim i tem
plo / et non extendistis manus in
me. Sed hec est hora vestra: et po
testas tenebrarū. Comprehenden
tes aūt eum: duxerūt ad domum
principis sacerdotum. Petrus ve
ro sequebatur eum a longe. Accē
so autē igne in medio atrio: ⁊ cir
cū sedentibus illis / erat petr⁹ in
medio eor̄. Quē cū vidisset ancil
la quedā sedētem ad lumē et eum
fuisset intuita: dixit. Et hic cum
illo erat. At ille negauit: dicens.

Mulier/nō noui illū. Et post pusillū: alius vidēs eū dixit. Et tu de illis es. Petrus vero ait. O homo nō sum. Et interuallo facto quasi hore vnius ali9 quidā affirmabat dicēs. Uere et hic cū illo erat. Nā et galileus est. Et ait petr9 O hō/ nescio qd dicis. Et ꝯtinuo adhuc loqnte illo: cātauit gallus. Et cōuersus dñs respexit petrū. Et recordat9 est petrus verbi dñi/sicut dixerat qꝛ priusq̄ gall9 cātet: ter me negabis. Et egressus foras petrus: fleuit amare. Et viri q̄ tenebant eū: illudebāt ei cedentes. Et velauerūt eū: et percutiebant faciē eius/et interrogabāt eū dicentes. Prophetiza nobis christe: q̄s est qui te percussit. Et alia multa blasphemātes: dicebāt in eum Et vt fact9 est dies: cōuenerūt seniores plebis et pncipes sacerdotū et scribe. Et duxerūt illum: ad consiliū dicētes Si tu es christ9: dic nobis? Et ait illis. Si dixero vobis: nō credetis michi. Si autē interrogauero: nō respōdebitis michi neq3 dimittetis. Ex hoc autē erit filius hoīs sedens a dextris virtutis dei. Dixerunt aūt omnes. Tu ergo es fili9 dei? Qui ait. Uos dicitis qꝛ ego sum. At illi dixerunt. Quid adhuc desideram9 testimonium? Ipsi eñ audiuimus: ex ore eius. Et surgēs oīs multitudo eorū: duxerunt illum ad pylatū. Ceperunt autē accusare illum dicentes. Hunc inuenim9 subuertētem gentē nostrā et prohibentem tributa dari cesari: et dicentē se christum regem esse. Pylatus autē interrogauit eū: dicens. Tu es rex iudeorum? At ille respōdens: ait. Tu dicis. Ait autē pylatus ad pncipes sacerdotum: et turbas. Nichil inuenio cause: in hoc homie. At illi inualescebant: dicentes. Commouit populū docens p vniuersam iudeam: incipiens a galilea vsq3 huc. Pylatus autē audiēs galileam: iterrogauit si homo galile9 esset. Et vt cognouit quia de herodis potestate esset: remisit eū ad herodem qui et ipse hierosolymis erat illis diebus Herodes autem viso iesu: gauisus est valde. Erat autem cupiens ex multo tēpore videre eū: eo q audierat multa de illo. Et sperabat signum aliquod: videre ab eo fieri. Interrogabat autem illum multis sermonibus: et ipse nichil respondebat ei. Stabant autem principes sacerdotum et scribe: constanter accusantes eum. Spreuit aūt illum herodes cum exercitu suo et illusit/indutum veste alba: et remisit ad pylatū. Et facti sunt amici herodes et pylatus: in ipsa die. Nā ante inimici erant: ad inuicē. Pylatus autem conuocatis principibus sacerdotum/et magistratib9 et plebe: dixit ad illos. Obtulistis michi hunc hominem quasi auertentem populum: et ecce ego corā vob3 iīrogās nullā causā3 īuenio in homine isto ex hisin q̄bus eum accusatis: sed nec herodes. Nam remisi vos ad illum: et ecce nichil dignum morte actum est ei. Emēdatum ergo illum dimittam. Necesse autē habebat dimittere eis: per diem festum vnum. Exclamauit autem simul vniuersa turba: dicens. Tolle hunc: et dimitte nobis barabā. Qui erat pter quandam seditionem factam in ciuitate: et homicidium missus in carcerem. Iterū autē pylatus locutus est ad illos: volēs dimittere iesu3

At illi subclamabãt: dicẽtes. Cru
cifige crucifige illũ. Ille aũt ter:
cio: dixit ad illos. Quid enĩ mali
fecit iste? Nullã cãm mortis iue:
nio: in eo. Corripiã ergo illum: ⁊
dimittã. At illi instabãt vocibus
magnis: postulãtes vt crucifige:
retur. Et ĩualescebãt voces eorũ.
Et pylat⁹ adiudicauit fieri petiti
onẽ eorũ. Dimisit aũt illis eũ q̃ p
pter homicidiũ et seditionẽ miss⁹
fuerat ĩ carcerẽ: quẽ petebãt. Ie:
sum vero tradidit: volũtati eorũ
Et cũ ducerẽt eũ: apprehẽderunt
symonẽ quẽdã cirenẽsem veniẽtẽ
de villa et ĩposuerũt ei crucẽ por:
tare post iesu; Seq̃batur aũt illũ
multa turba ppli: ⁊ mulieresque
plãgebãt ⁊ lamentabãtur eũ. Cõ:
uers⁹ aũt ad illas ies⁹: dixit. Filie
hierusalẽ nolite flere sup me: sed
sup vos ip̃as flete ⁊ sup filios vr̃os
Qm̃ ecce veniẽt dies: in q̃bus di:
cent. Btẽ steriles ⁊ vẽtres q̃ nõ ge
nuerũt: ⁊ vbera q̃ nõ lactauerũt.
Tũc incipient dicere mõtib⁹ / ca
dite super nos: ⁊ collib⁹ / operite
nos. Qr si in viridi ligno hec fa:
ciunt: in arido quid fiet? Ducebã
tur autem ⁊ alij duo nequã cũ eo:
vt interficerẽtur. Et postq̃ vene:
rũt in locũ qui vocatur caluarie
ibi crucifixerũt eum et latrones:
vnũ a dextris / ⁊ alium a sinistris
Iesus autem dicebat. Pater di:
mitte illis: non enim sciunt quid
faciunt. Diuidentes vero vesti:
menta ei⁹ miserunt sortes. Et sta
bat populus: expectãs. Et deride
bãt eũ principes cũ eis: dicentes.
Alios saluos fecit: se saluũ faciat
si hic est xp̃s fili⁹ dei electus. Illu
debãt autẽ ei et milites accedẽtes
et acetũ offerẽtes illi: ac dicẽtes.
Si tu es rex iudeorũ: saluũ te fac.
Erat aũt et superscriptio scripta
sup illũ: litteris grecis ⁊ latinis ⁊
hebraicis. Hic est ies⁹ rex iudeorũ.
Unus aũt de his q̃ pẽdebãt latro
nib⁹: blasphemabat eũ dicẽs. Si
tu es xp̃s: saluũ fac temetipsum ⁊
nos. Rñdens aũt alter: increpa:
bat illũ dicẽs Neq̃ tu times deũ:
q̃ in eadẽ dannatione es. Et nos
quidẽ iuste: non digna factis reci
pimus / hic vero nichil mali ges:
sit. Et dicebat ad iesum. Dñe me
mẽto mei: cum veneris in regnũ
tuũ. Et dixit illis iesus Amẽ dico
tibi: hodie mecũ eris in paradiso
Erat aũt fere hora sexta: et tene:
bre fctẽ sunt ĩ vniuersa terra vsq̃
ĩ horã nonã. Et obscurat⁹ est sol:
et velũ tẽpli scissum est mediũ cla
mãs voce magna ies⁹: ⁊ ait. Pr̃/
in manus tuas cõmẽdo sp̃m meũ
Et hec dicẽs: expirauit ¶ Hic oẽs
se prosternant et osculentur terram. Ui
dens autem centurio quod factũ
fuerat glorificauit deum: dicens.
Uere hic homo iustus erat Et om
nis turba eorum qui simul ade:
rant ad spectaculum istud et vide
bant que fiebãt: percutientes pe:
ctora sua reuertebantur Stabãt
autem omnes noti eius a longe:
et mulieres que secute erant eum
a galilea hec videntes. Et ecce vir
nomine ioseph: qui erat decurio
vir bonus et iustus: hic non con:
senserat cõsilio et actibus eorum
ab arimathia ciuitate iudee / qui
expectabat et ipse regnum dei.
Hic accessit ad pylatum: et petijt
corpus iesu / et depositum inuol:
uit syndone / et posuit eum ĩ mo:
numento exciso: in quo nondum
quisq̃ positus fuerat. Offr. Do:
mine exaudi orationem meam et cla:
mor meus ad te perueniat. Secreta

PUrifica nos misericors deus/ vt ecclesie tue preces ꝗ tibi grate sunt pia munera deferentes: fiant expiatis mentibus gratiores. Per. Cōio. Potum meū fletu cum temperabā q2 eleuans allisisti me et ego sicut fenum arui tu autem domine in eternum permanes tu exurgēs misereberis syon quia venit tempus miserendi eius. Postcōmunio.

LArgire sensib⁹ nostris omnipotens deus/ vt per temporalem filij tui mortem quā mysteria venerāda testantur: vitam nobis venisse perpetuam confidamus. Per eundem. Super populū.

REspice domine quesumus super hanc familiam tuam pro qua domin⁹ noster iesus christus non dubitauit manibus tradi nocentium: ⁊ crucis subire tormentum. Qui tecumbiuit et reg.

FEria quita in cena domini: fiat primo processio ad penitentes ꝗ debent recipi ad portam ecclesie aquilonalem. prout continetur in libro processionum. Et sit epyscopus indutus capa chori rubea. Deinde finita processione: fiat sermo ad populum Quo finito: dicantur septem psalmi penitentiales sicut in die cinerum: cum septem orationibus sequentibus ibidem positis. Et debent dici alta voce a sacerdote. Deinde induat infulam rubeam et incipiatur alta voce in choro. Officium.

NOs aūt gliari oportet: in cruce dn̄i nr̄i iesu xp̄i in ꝗ est sal⁹ vita ⁊ resurrectio nr̄a: per quem saluati et liberati sumus. ꝑ. Deus misereatur nr̄i et bn̄dicat nobis: illuīet vultū suum sup nos et misereatur nostri. Si ep̄s celebret: dicat. Glia i ex. Credo. ⁊ Ite missa est. Aliter nō. Due hostie cōsecrētur: quaꝝ vna i crastinū reseruetur. Or.

DEus a quo et iudas reatus sui penā et cōfessionis sue latro premiū sūpsit/ cōcede nobꝫ tue ꝓpiciationis effectū: vt sicut in passiōe sua ies⁹ xp̄s dn̄s noster diuersa vtrisꝙ ītulit stipēdia meritorū: ita nobis ablato vetustatis errore resurrectiōis sue grām largiat. Qui te. Ad corithios. i. xi.

FRatres: Cōueniētibus vobis inunū: iā non est dn̄icā cenā manducare Unusquisꝙ enī suā cenā presumit ad manducanduz. Et alius quidā esurit: alius aūt ebrius est. Nunqd domos nō habetis ad mādùcādū ⁊ bibendū aut ecclesiā dei cōtēnitis: ⁊ ꝯfunditis eos ꝗ nō habent. Quid dicā vobis? Laudo vos ī hoc non laudo. Ego enī accepi a dn̄o qđ ⁊ tradidi vobꝫ: qm̄ dn̄s ies⁹ ī qua nocte tradebat accipit panē ⁊ grās agēs fregit ⁊ dixit. Accipite: ⁊ māducate. Hoc est corpus meum: ꝙ ꝓ vobis tradet Hoc facite: ī meā ꝯmemorationē. Similit ⁊ calicē: postꝙ̄ cenauit dicēs. Hic calix nouū testamētū est ī meo sāguine: hoc facite quotiēscūꝙ bibetis in meā ꝯmeōrationē Quotiēscūꝙ eī māducabitis panē hūc et calicē bibetis mortē dn̄i ānūciabitis donec veniat. Itaꝙ quicūꝙ māducauerit panem vel biberit calicen dn̄i indigne: reus erit corporis et sanguinis dn̄i. Probet aūt seipsum homo: et sic de pane illo edat ⁊ de calice bibat. Qui enī manducat et bibit indigne: iudiciū sibi māducat et bibit: non dijudicas corpus dn̄i. Ideo inter vos multi infirmi et imbecilles: et dormiunt multi. Quod si nosmetipsos dijudicaremus: non vtiꝙ iudicaremur. Dum iudicamur aūt a dn̄o

corripimur: vt non cū hoc mūdo dānemur. R. Christus fact⁹ est pro nobis obediens vsq₃ ad morte/morte aūt crucis. V. Propter qd̄ ⁊ deus exaltauit illū ⁊ dedit illi nomē qd̄ est super omne nomen. Scd̄m iohannē. xiii.

Ante diē festū pasche sciens iesus quia venit hora eius vt trāseat ex hoc mūdo ad patrē: cū dilexisset suos qui erāt in mundum in finem dilexit eos.



Et cena facta cum dyabolus iam misisset in cor vt traderet eum iudas symonis scariothis: sciēs q₂ omnia dedit ei pater in manus: ⁊ quia a deo exiuit et ad deum vadit/surgit a cena ⁊ ponit vestimēta sua. Et cū accepisset lintheū: p̄cixit se. Deide misit aquā in peluim/et cepit lauare pedes discipulorum suorum: ⁊ extergere litheo quo erat precinctus. Venit ergo ad symonē petrū: ⁊ dixit illi petr⁹ Dn̄e tu michi lauas pedes? Respondit iesus: ⁊ dixit ei. Quod ego facio tu nescis modo/scies autē postea. Dixit ei petr⁹. Non lauabis michi pedes in eternum. Respondit ei iesus. Si non lauero te: nō hebebis partem mecum. Dixit ei symon petrus. Domine non tantum pedes meos: sed et manus et caput. Dixit ei iesus. Qui lotus est non indiget nisi vt pedes lauet/sed est mūdus totus. Et vos mūdi estis: s₃ nō omēs. Sciebat eni quisnā esset qui traderet eum pp̄terea dixit/nō estis mūdi oēs. Postq̄ ergo lauit pedes eorum accepit vestimēta sua: ⁊ cū recubuisset iterum dixit eis. Scitis quid fecerī vobis? Vos vocatis me magister et dn̄e: et bene dicitis. Sū etenim. Si ergo ego laui pedes vestros dn̄s ⁊ magister: et vos debetis alter alterius lauare pedes Exēplū eni dedi vobis/vt quē ad modū ego feci vobis: ita ⁊ vos faciatis. Offer. Dextera dn̄i fecit virtutem dextera dn̄i exaltauit me non moriar s₃ viā et narrabo opa dn̄i. Secre.

Ipse tibi dn̄e q̄s sācte pater eterne deus sacrificiū nr̄m reddet acceptū: q̄ discipulis suis in sui cōmemorratione hoc fieri hodierna traditione mōstrauit: iesus xp̄s dn̄s noster. Qui tecum. Prefatio. Qui corporali ieiunio

Communicātes ⁊ diē sacratissimū celebrātes quo dominus noster iesus christus pro nobis est traditus. Sed ⁊ memoriā venerantes imprimis gloriose semperq₃ virginis marie genitricis eiusdē dei ⁊ dn̄i nr̄i iesu xp̄i Sed et btōrum apostolorum ⁊ martyr. et cetera sicut in canone misse vsq₃ ibi.

Hanc igitur oblationem seruitutis nostre: sed et cūcte familie tue quam tibi offerimus ob diem in qua dominus noster iesus christus tradidit discipulis suis corporis ⁊ sāguinis sui misteria celebrāda: q̄sumus dn̄e vt placatus accipias diesq₃ no. ⁊ cetera.

Qui pridie q̄ pateretur pro nostra omniumq₃ salute/ hoc est hodie: accepit panē in san

ctas ac venerabiles manus suas.
Et eleuatis oculis in celũ ad deũ
patrem suũ omnipotentẽ. et cetera
vt in canone misse. Post orationẽ. Li-
bera nos. sequitur. Per oĩa scl'a se-
culoꝝ. Amen. Pax dñi. Agnꝰ dei.
nõ dicitur. nec pax datur. Cetera sequũ
tur more solito: vsq; dum sacerdos se cõ
municauerit. Quo facto reponat corpꝰ
dñi sine sanguine cũ lumine corã eo vsq;
in crastinũ assistẽte. Sequitur. Cõio.
Dominus iesꝰ postq̃ cenauit cum disci
pulis suis lauit pedes eorum et ait illis
scitis quid fecerim vobis ego dominus
et magister exemplum dedi vobis vt et
vos ita faciatis. Qua cantata: sequitur
antiphona ab archichoro suscipienda.
Calicem salutaris accipiam et no
men domini inuocabo. ps. Cre
didi. an. Cum his qui oderunt pacem
eram pacificus cũ loquebar illis impu-
gnabant me gratis. ps. Ad dñm cum
tribularer. a. Ab hominibꝰ iniquis li
bera me dñe. ps. Eripe me dñe. an.
Custodi me a laqueo quẽ statuerũt mi-
chi: et a scandalis operantium iniquita
tem. ps. Domine clamaui. Ant.
Considerabam ad dexteram et vide-
bam et non erat qui cognosceret me. p.
Voce mea. Tunc sacerdos incipiat
ad altare. Ant. Cenantibus illis acce-
pit iesus panem: benedixit ac fregit de-
dit discipulis suis. ps. Magnificat.
Que antiphona cantetur tota ante psal
mum et post psalmum. Oratio.
Refectio vitalibus alimentis
q̃s dñe deus noster / vt quod
tempore nr̃e mortalitatis exequi
mur: immortalitatis tue munere
cõsequamur. Per dñm. Et sic mis-
sa et vespere pariter finiantur. Post cõ-
pletorium altaria abluantur: vt patet
in processionario.
Feria sexta (cantata nona) xp̃s
indutus capa rubea cum dyaco-
no et subdyacono indutis albis presen-
tent se ante altare: nec faciant confessio-
nem / sed dicto. Pater noster: sessum va
dant. Inde legantur lectiones more so
lito: et passio recitetur. In qua pas. cum
dyaconus legerit. Partiti sunt vesti
menta mea. Duo detrahant hinc & in
de duos lintheos positos prius super al
tare. Lectio .i. sine titulo. Osee. vi. ca.
Hec dicit dñs deꝰ. In tribu-
latione sua mane ɔsurgent
ad me. Venite et reuertamur ad
dñm: q2 ipse cepit et sanabit nos:
percutiet: & curabit nos: viuifica
bit nos post duos dies / in die ter
cia suscitabit nos: & viuemꝰ in cõ
spectu eiꝰ. Sciemꝰ seq̃murq; / vt
cognoscamꝰ dñm Quasi diluculũ
preparatꝰ est egressꝰ eiꝰ et veniet
quasi ymber nobis tẽporaneus &
serotinus terre. Quid faciã tibi
effraĩ q̃d faciã tibi iuda? Mia ve-
stra quasi nubes matutina: & qua
si ros mane ptransiens. Propter
hoc dolaui in prophetis: & occidi
eos in verbis oris mei / et iudicia
mea quasi lux egredietur. Quia
miam volui & non sacrificium: et
scientiã dei plusq̃ olocausta. Tr.
Domine audiui auditum tuũ et
timui consideraui opa tua et ex-
paui. v. In medio duorum aĩaliũ ĩno
tesceris dum appropinquauerint anni
cognosceris dum aduenerit tp̃s ostende
ris. v. In eo dum cõturbata fuerit ani
ma mea in ira misericordie memor eris
v. Deus a libano veniet et sanctus de
monte vmbroso et condenso. vꝰ. Ope-
ruit celos maiestas eius: et laudis eius
plena est terra. Oreꝰ. Flectamꝰ genua
leuate. Or. Deus a quo et iudas.
Lectio secunda sine titulo. Exodi. xii.
Dixit dñs ad moysen & aarõ
in terra egypti. Mẽsis iste
vobis principiũ mensium primꝰ

erit in mēsibus anni. Loquimini ad vniuersum cetū filioꝝ isrl' ⁊ dicite eis. Decima die mēsis huius tollat vnusquisꝙ agnū per familias et domos suas. Si autē minor est numerꝰ vt sufficere possit ad vescendū agnum assumat vicinū qui cōiūctꝰ est domui eiꝰ iuxta numerū aiarū q̄ sufficere possint ad esum agni. Erit aūt agnꝰ absꝙ macula/ mascuꝰ ānicuꝰ. Juxta quē ritū tolletis ⁊ hedū: ⁊ seruabitis eū vsꝙ quartādecimā diē mēsis huiꝰ. Jmmolabitꝙ eū vniuersa multitudo filioꝝ isrl' ad vesperū: ⁊ sument de sanguie eiꝰ ac ponent sup vtrūꝙ postē: ⁊ in superliminaribus domorum ī quibus comedent illu3. Et edent carnes nocte illa assas igni: ⁊ azimos panes cū lactucis agrestibus. Non comedetis ex eo crudū q̄d nec coctū aqua: s3 assu3 tm̄ igni. Caput cū pedibꝰ eiꝰ ⁊ itestinis vorabitis et os nō cōminuetis ex eo nec remanebit ex eo q̄cꝙ vsꝙ mane. Si quid residui fuerit: igni cōburetis Sic aūt comedetis illū. Renes vr̄os accingetis: calciamenta habebitis in pedibus/ tenentes baculos ī manibus: et comedetis festinantes. Est enim phaze: id est est transitus domini. Tractus.

Eripe me domine ab hoīe malo: a viro iniquo libera me. ℣. Qui cogitauerunt malicias in corde: tota die constituebāt prelia. ℣. Acuerūt linguas suas sicut serpentes venenum aspidum sub labiis eorum. ℣. Custodi me domine de manu peccatoris et ab hominibꝰ iniquis libera me. ℣. Qui cogitauerūt supplantare gressus meos absconderūt superbi laqueum michi. ℣. Et funes extenderunt in laqueum pedibꝰ meis: iuxta iter scādalū posuerūt michi. ℣. Dixi dn̄o deꝰ meꝰ es tu exaudi dn̄e vocē orationis mee. ℣. Dn̄e dn̄e virtus salutis mee obūbrasti caput meū ī die belli. ℣. Ne tradas me a desiderio meo pctōri cogitauerūt aduersum me ne derelinquas me ne vnꝙ̄ exaltētur. ℣. Caput circuitꝰ eoꝝ labor labioꝝ ipsoꝝ operiet eos. ℣. Verūtamen iusti cōfitebūtur noī tuo ⁊ habitabūt recti cum vultu tuo. Passio dn̄i nr̄i iesu xp̄i scd̄m iohēm. xviij

In illo tp̄e: Egressꝰ est iesus cū discipulis suis trās torrētem cedron vbi erat ortus: in quē introiuit ip̄e ⁊ discipuli eius.



Sciebat autē ⁊ iudas q̄ tradebat eū locū: q2 frequēter iesus cōuenerat illuc cū discipulis suis. Judas ergo cū accepisset cohortem ⁊ a pōtificibꝰ ⁊ phariseis ministros: venit illuc cū laternis ⁊ facibꝰ ⁊ armis. Jesꝰ itaꝙ sciens oīa q̄ ventura erāt sup eū: ꝓcessit et dixit eis. Quē queritis? Rn̄derūt ei. Jesu3 nazarenū. Dixit eis iesus. Ego sum. Stabat aūt et iudas q̄ tradebat eū: cū ipsis. Ut ergo dixit eis ego sum: abierunt retrorsū/ ⁊ ceciderūt ī terrā. Iterū ergo: interrogauit eos. Quē q̄ritis? Jlli aūt dixerūt Jesum nazarenum. Rn̄dit iesus. Dixi vobis q2 ego sū. Si ergo me q̄ritis: sinite hos abire. Ut ipleretur sermo

quem dixit. q: quos dedisti mihi:
nõ perdidi ex eis quẽq̃. Symõ er
go petr⁹ habens gladiũ eduxit eũ
et percussit põtificis seruũ: ⁊ ab-
scidit auriculã eius dexterã Erat
autẽ nomẽ seruo malchus. Dixit
aũt ies⁹ petro. Mitte gladiũ tuũ
in vaginã Calicẽ quẽ dedit michi
pater: nõ vis vt bibã illũ? Cohors
ergo et tribunus ⁊ ministri iudeoꝝ
cõprehẽderũt iesum ⁊ ligauerunt
eũ: ⁊ adduxerũt eũ ad annã ꝑmũ
Erat aũt sacer cayphe: q̃ erat põ
tifex anni illi⁹ Erat aũt cayphas
qui cõsilium dederat iudeis: q: ex
pedit vnũ hoiem mori ꝑ populo.
Sequebatur aũt iesum symõ pe-
trus: ⁊ alius discipulus. Discipu
lus aũt ille erat notus pontifici:
introiuit cum iesu in atriũ põtifi
cis. Petrus aũt stabat: ab hostiũ
foris. Exiuit ergo discipulus ali⁹
qui erat notus põtifici: ⁊ dixit ho
stiarie ⁊ itroduxit petrum. Dixit
ergo petro: ancilla hostiaria Nũ
q̃d et tu ex discipulis es hois isti⁹
Dixit ille. Non sum. Stabãt au-
tem serui et ministri ad prunas/
q: frigus erat: ⁊ calefaciebãt se.
Erat autem petrus cum eis stãs:
et calefaciens se. Põtifex ergo in
terrogauit iesum de discipulis su
is: ⁊ de doctrina eius. Rñdit ei ie
sus. Ego palã locut⁹ sum mũdo:
ego semper docui in synagoga et
in tẽplo quo oẽs iudei cõueniũt/
et in occulto locutus sum nichil.
me interrogas? Interroga eos q̃
audierũt q̃d locut⁹ sum ipsis. Ec
ce hi sciunt que dixerim ego. Hec
aũt cum dixisset vn⁹ assistens mi-
nistrorum dedit alapã iesu dicẽs.
Sic respondes põtifici? Dixit ei
iesus. Si male locutus sum: testi
monium perhibe de malo. Si au
tem bene: quid me cedis? Et mi-
sit eũ annas ligatum: ad cayphã
põtificẽ. Erat autẽ simul symon
petr⁹ stãs: ⁊ calefaciẽs se. Dixerũt
ergo ei. Nunquid et tu ex discipu
lis eius es? Negauit ille et dixit.
Nõ sum. Dixit vn⁹ ex seruis põti
ficis: cognatus eius cuius absci
dit petrus auriculã. Nonne ego
te vidi in orto cũ illo? Iterũ ergo
negauit petrus: et statĩ gall⁹ can
tauit. Adducũt ergo iesum a cay
pha in pretoriũ. Erat autẽ mane
Et ipsi nõ introierunt in ꝑtoriũ:
vt nõ cõtaminarẽtur sed mandu
carent pascha. Exiuit ergo pyla
latus ad eos foras: et dixit. Quã
accusationem affertis: aduersus
hoiem hũc? Rñderũt ⁊ dixerũt ei.
Si nõ esset hic malefactor: non ti
bi tradidissemus eũ. Dixit ergo
eis pylatus. Accipite eum vos: et
scd'm legẽ vestrã iudicate eũ. Dixe
rũt ergo ei iudei. Nobis nõ licet:
interficere quẽq̃. Ut sermo iesu
impleretur quẽ dixit: significans
qua morte esset moriturus. In-
troiuit ergo in pretorium pylat⁹
iterũ: ⁊ vocauit iesum et dixit ei.
Tu es rex iudeorũ? Rñdit iesus.
A temetipso hoc dicis: an alij tibi
dixerunt de me? Rñdit pylatus.
Nũquid ego iudeus sum? Gens
tua ⁊ põtifices: tradiderũt te mi-
chi. Quid fecisti? Respõdit iesus
Regnũ meũ nõ est de hoc mundo
Si ex hoc mũdo esset regnũ meũ:
ministri mei vtiq̃ decertarent vt
nõ traderer iudeis. Nunc aũt re
gnum meũ nõ est hinc. Dixit ita-
q̃ ei pylatus. Ergo rex es tu? Re
spõdit iesus. Tu dicis q: rex sum
ego. Ego in hoc natus sum: ⁊ ad
hoc veni in mundum/ vt testimo
niũ perhibeã veritati Oĩs qui est

ex veritate / audit vocem meam. Dixit ergo pylatus. Quid est veritas? Et cũ hoc dixisset: iterum exiuit ad iudeos: et dixit eis Ego nullã inuenio: in eo causã. Est aũt cõsuetudo vobis: vt vnũ dimittã vobis in pascha. Uultis ergo dimittã vobis regẽ iudeoꝝ? Clamauerũt rursũ oẽs dicẽtes Nõ hũc: sed barabam. Erat aũt barabas latro. Tũc vero apprehendit pylatus iesum: ⁊ flagellauit eũ. Et milites plectentes coronã de spinis / ĩposuerũt capiti eiꝰ: et veste purpurea circũdederunt eũ ⁊ veniebãt ad eum ⁊ dicebãt. Aue rex iudeoꝝ. Et dabãt ei alapas. Exiuit iterũ pylatꝰ foras: ⁊ dixit eis. Ecce adduco vobis euꝫ foras: vt cognoscatis qꝛ in eo nullã causam ĩ uenio. Exiit ergo iesus portans spineã coronã: et purpureũ vestimentũ Et dixit eis pylatus. Ecce hõ. Cum ergo vidissent eum pontifices et ministri: clamabãt dicẽtes. Crucifige crucifige eũ Dixit eis pylatus. Accipite eum vos: et crucifigite. Ego enĩ nõ inuenio: in eo cãm. Rñderunt iudei. Nos legẽ habemus: et scdm legẽ debet mori qꝛ filiuꝫ dei se fecit. Cũ ergo audisset pylatus hũc sermonem: magis timuit. Et ĩgressus est pretoriũ iterũ: ⁊ dixit ad iesũ. Unde es tu? Iesꝰ aũt responsum nõ dedit ei. Dixit ergo ei pylatus. Michi nõ loqueris? Nescis qꝛ potestatẽ habeo crucifigere te: et potestatẽ habeo dimittere te? Rñdit iesus. Nõ haberes potestatẽ aduersum me vllã: nisi tibi datũ esset desup. Propterea ꝙ me tradidit tibi: maius pctm̃ habet Exinde querebat pylatus: dimittere eũ. Iudei aũt clamabãt: dicẽtes. Si hũc dimittis: nõ es amicus cesaris. Ois et qui se regẽ facit: cõtradicit cesari Pylatus ergo cũ audisset hos sermones / adduxit foras iesum: ⁊ sedit ꝓ tribunali ĩ loco qui dicitur licostratos: hebraice aũt gabbatha. Erat aũt parasceue pasche: hora quasi sexta. Et dixit iudeis Ecce rex vester Illi aũt clamabãt Tolle tolle: crucifige eũ Dixit eis pylatꝰ. Regẽ vrm crucifigã? Respõderũt põtifices. Non habemꝰ regẽ nisi cesarẽ. Tunc ergo tradidit eis illũ: vt crucifigeretur. Susceperũt aũt iesũ: ⁊ eduxerũt. Et baiulãs sibi crucẽ: exiuit in eũ ꝙ dicit caluarie locũ hebraice autẽ golgotha / vbi eũ crucifixerũt Et cũ eo alios duos hinc et hinc mediũ, aũt iesum Scripsit aũt ⁊ titulum pylatꝰ: ⁊ posuit sup crucem. Erat aũt scriptum. Iesꝰ nazarenus rex iudeoꝝ. Hũc ergo titulũ multi legerunt iudeoꝝ: qꝛ prope ciuitatem erat locꝰ vbi crucifixꝰ est iesus Et erat scriptũ hebraice grece / ⁊ latine. Dicebãt ergo pylato: põtifices iudeoꝝ. Noli scribere rex iudeorũ: sed qꝛ ipse dixit rex sum iudeoꝝ. Respõdit pylatꝰ Quod scripsi scripsi. Milites ergo cũ crucifixissent eũ: acceperũt vestimẽta eiꝰ et fecerũt quattuor partes vnicuiqꝫ militi partẽ ⁊ tunicã. Erat aũt tunica incõsutilis desup cõtexta per totũ Dixerunt ergo ad inuicẽ. Nõ scindamꝰ eã: sed sortiamur de illa cuius sit Ut scriptura ĩpleretur dicẽs. Partiti sunt vestimẽta mea sibi ⁊ super vestẽ meã miserũt sortẽ. Et milites quidẽ: hec fecerũt. Stabãt autẽ iuxta crucem iesu mater eius ⁊ soror matris eius maria cleophe: et maria magdalene. Cũ vidisset

ergo iesus matrē et discipulū stā-
tē quē diligebat: dixit matri sue.
Mulier/ecce fili⁹ tu⁹. Deinde di
xit discipulo. Ecce mr̄ tua. Et ex
illa hora accepit eā discipulus in
suā. Postea sciens ies⁹ q2 oīa ꝯsū
mata sunt vt cōsummaretur scri
ptura: dixit. Sitio. Vas ergo po
situ̇ erat: aceto plenū. Illi aūt spō
giā plenā aceto ysopo circūponē
tes: obtulerūt ori ei⁹. Cū ergo ac
cepisset ies⁹ acetū: dixit. Consum
matū est. Et iclinato capite: tradi
dit spm̄. Iudei ergo qm̄ parasce-
ue erat vt nō remanerēt in cruce
corpora sabbato (erat enī magn⁹
dies ille sabbati) rogauerūt pylā
tū vt frāgerentur eoꝝ crura et tol
lerētur. Venerūt ergo milites et
primi quidē fregerūt crura: et al-
teri⁹ qui crucifix⁹ est cū eo. Ad ie-
sum aūt cū venissent et viderēt eū
iā mortuū: nō fregerūt eius cru-
ra: sed vnus militum lācea latus
ei⁹ aperuit/et cōtinuo exiuit san
guis et aqua. Et qui vidit testimo
niū perhibuit: et verū est testimo-
niū ei⁹. Et ille scit q2 vera dicit: vt
et vos credatis. Facta sunt enim
hec: vt scriptura impleretur. Os
nō ꝯminuetis ex eo. Et iterū: alia
scriptura dicit. Videbunt in quē
trāsfixerunt. Post hec aūt roga
uit pylatū ioseph ab arimathia/
eo q̄ esset discipul⁹ iesu/ occult⁹
aūt ꝑpter metū iudeoꝝ: vt tolle-
ret corp⁹ iesu. Et ꝑmisit pylatus.
Venit ergo: et tulit corp⁹ iesu. Ve
nit autem et nichodemus qui ve-
nerat ad iesum nocte ꝑmū: ferēs
mixturam myrrhe et aloes quasi
libras centum. Acceperunt ergo
corp⁹ iesu/et ligauerunt eum lin
theis cū aromatibus: sicut mos
est iudeis sepelire. Erat autem in
loco vbi crucifixus est ortus et in
orto monumentū nouum: in quo
nōdū quisq̄ positus fuerat. Ibi
ergo ꝑpter parasceuē iudeoꝝ/ q2
iuxta erat monumētū: posuerūt
iesum. ¶ Finita passione dyacon⁹ nō
osculetur textum euangelii: sed imme-
diate sacerdos cantat orationes solēnes
q̄ sequunt̄ absq̄. Dn̄s vo. et sine. Flecta
m⁹ genua. in ꝑma oratione. Oratio.

Oremus dilectissimi nobis
pro ecclesia sancta dei vt eā
deus et dn̄s noster pacificare et cu
stodire dignetur toto orbe terra-
rū: subiiciens ei principatus et po
testates: detq̄ nobis q̄etā et tran
quillā vitā degentib⁹ glorificare
deum patrem omnipotentem.
Oremus. Flectamus genua. Oratio

Omnipotens sempiterne de
us/qui gloriā tuā omnibus
in christo gentibus reuelasti: cu-
stodi opera misericordie tue / vt
ecclesia toto orbe diffusa stabili
fide ī tui nominis cōfessione per-
seueret. Per eūdem dn̄m. Leuate.

Oremus et ꝓ beatissimo pa-
pa nostro. N. vt de⁹ et dn̄s
noster qui eligit in eū ordinē epi
scopatus saluū atq̄ incolumen
custodiat: ecclesie tue sc̄tē ad re-
gendum populum sanctum dei.
Orem⁹. Flectamus genua. Oratio.

Omnipotēs sempiterne de⁹/
cuius iudicio vniuersa fun
dantur: respice ꝓpici⁹ ad p̄ces no
stras: et electū nobis antistitē tua
pietate ꝯserua. vt xp̄iana plebs q̄
tali gubernat̄ auctore: sub tanto
pontifice credulitatis sue meri-
tis augeatur. Per dn̄m. Leuate.

Oremus et pro oībus epi sco
pis presbiteris dyaconib⁹/
subdyaconibus/acholitis/exorci
stis/lectorib⁹/hostiariis/cōfesso

ribus/virginib9/viduis/ et p oi ppl'o sctō dei. Oremus. Flectam9 ge.

Omnipotens sempiterne deus/ cuius spū totū corpus ecclesie sanctificatur & regit: exaudi nos pro vniuersis ordinibus supplicantes. vt gratie tue munere ab omnibus tibi gradibus fideliter seruiatur. Per. eiusdem. Leuate.

Oremus et p christianissimo rege nostro. N. vt de9 et dñs noster subditas illi faciat omnes barbares natiões ad nostrā ppetuā pacē. Orem9. Flectam9 genua.

Omnipotens sempiterne de9/ in cuius manu sunt oim potestates & oim iura regnorum: respice ad christianorū benignus imperium vt gentes q̄ in sua feritate cōfidunt: potentie tue dextera comprimantur. Per dominū. Leuate.

Orem9 et pro cathecuminis nostris. vt deus & dominus noster adaperiat aures precordiorum ipsorum ianuamq͡ mie sue. vt per lauachrum regeneratiōis accepta remissione omnium peccatorum/ digni et ipsi inueniantur in christo iesu domino nostro Oremus. Flectamus genua.

Omnipotens sempiterne deus/ qui ecclesiā tuā noua semper prole fecundas: auge fidem et intellectum cathecuminis nostris: vt renati fonte baptismatis adoptionis tue filiis aggregēt. p. Leuate.

Oremus dilectissimi nob's deum patrē oipotentē vt a cūctis mundum purget erroribus/ morbos auferat / famē depellat/ aperiat carceres/ vincula dissoluat / peregrinantibus reditum/ infirmantibus sanitatē/ nauigātibus portum salutis indulgeat. Oremus. Flectamus genua. Oratio.

Omnipotens sempiterne de9 mestorū cōsolatio/ laboratiū fortitudo pueniāt ad te p̄ces de quacūq͡ tribulatione clamantiū. vt oēs sibi i necessitatib9 suis miam tuā gaudeant affuisse. p. Leuate.

Oremus et p heretic9 et scismaticis vt de9 et dñs noster eruat nos ab erroribus vniuersis et ad sanctam matrē ecclesiam catholicam atq͡ apostolicam reuocare dignetur. Oremus. Flectamus

Omnipotens sempiterne deus q̄ saluas omnes et neminē vis perire: respice ad animas dyabolica fraude deceptas: vt omi heretica prauitate deposita errantiū corda resipiscant et ad veritatis tue redeāt vnitatē. Per do. no. Leua.

Oremus et pro pfidis iudeis vt deus et dñs noster auferat velamen de cordibus eorū vt et ipsi agnoscāt iesum xp̄m dñm nostrū. Hic nō dr Ore9. sed dr Flect.

Omnipotens sempiterne deus q̄ etiam iudaicam perfidiā a tua misericordia nos repellis: exaudi preces nostras quas pro illius populi excecatiōe deferim9: vt agnita veritatis tue luce/ que est christus: a suis tenebris eruantur. Per eundem dominum. Leuate.

Orem9 et pro paganis: vt deus opsauferat iniquitatem a cordibus eorū: et relictis ydolis suis cōuertant ad deum viuum & verū et vnicū filiū ei9 iesum christum dominū nostrū. Orem9. Fle.

Omnipotens sempiterne deus qui non mortē peccatorum s3 vitam semper inquiris: suscipe orationem nostram et libera eos ab ydolorum cultura et aggrega ecclesie tue sancte ad laudem et gloriam nominis tui. Per. Leuate.

¶ Sequit offm̄ crucis. Duo sacerd. vl' clerici tenētes crucē cātēt hūc versum.

Popule me⁹ quid feci tibi aut in quo contristaui te responde michi. Quia eduxi te de terra egipti: parasti crucem saluatori tuo. ¶ Duo archichori in med. chori capis induti cum trina genuflexione respondeat.

Agyos otheos / agyos iskyros agyos athanatos/eleyson ymas ¶ Chorus similiter cum trina genuflexione respondeat.

Sancts deus/sanctus fortis / sanctus et imortalis miserere nobis ¶ Item duo sacerd. vel clerici dicant.

Quia eduxi te per desertum quadraginta annis: et manna cibaui te et introduxi te in terram satis optimam: et tu parasti crucem saluatori tuo ¶ Archicorus. Agyos. vt supra. Chorus. Sanctus. vt supra. Item duo sacerdos vel clerici.

Quid vltra debui facere tibi ⁊ non feci. ego quidem plantaui te vineа mea decora fructu et tu facta es nimis amara aceto nāq̧ cum felle mixto sitim meam potasti et lancea perforasti latus saluatori tuo. ¶ Archichorus. Agyos. Chorus. Sanctus. ¶ His finitis duo sacerdotes vel dyaconi p̄cedētes vsq̧ ad locū vbi crux adorāda est: cruce subito discooperta incipiant voce excelsa. An. Ecce lignum. Qua finita repetat eam chorus cum genuflexione.

Ecce lignum crucis in quo salus mundi pepēdit venite adorem⁹ Ps. Beati immaculati in via: qui ambulant i lege domini. ¶ Item: chorus cum genuflexione. Ecce lignum. Dein de cum magna reuerētia adoretur crux et interim cantetur antiphona.

Crucem tuam adoramus domine et sanctam resurrectionē tuā laudamus et glorificamus ecce enim p̄pter crucem venit gaudium in vniuerso mundo. Ps. Deus misereatur nostri et benedicat nobis: illuminet vultū suū super nos et misereatur nostri. Finita antiphona incipiat archichorus hymnū sequen. et chorus prosequatur. Hy⁹.

Crux fidelis iter oēs arbor vna nobilis: nulla silua talē profert frōde flore germie/ dulce lignū dulces clauos dulce pondus sustinet. Pange lingua glorio si p̄liū certamīs: et sup crucis tropheū dic triūphū nobilē qualr redēptor orbis immolatus vicerit. Crux fidelis. ⁊c. De parētis prothoplasti fraude fctā ɔdolēs qn̄ pomi noxialis morte morsu corruit: ipse lignū tūc notauit dāna ligni vt solueret. Crux fid. Hoc opus nr̄e salutis ordo depoposcerat mł' tiformis p̄ditoris ars vt artē falleret: et medelā ferret inde hostis vnde leserat. Crux fide. Quando venit ergo sacri plenitudo tēporis miss⁹ est ab arce patris nat⁹ orbis conditor atq̧ vētre virginali caro factus prodiit. Crux fidelis. Lustra sex q̄ iam peracta tēpus implēs corporis se volente natus ad hoc passioni deditus agnus i cruce leuatur immoland⁹ stipite. Crux. Hic acetū fel arundo sputa clauis lancea mite corpus perforatur sanguis vnda profluit terra ponthus astra mūdus quo lauantur flumine. Crux. Flecte ramos arbor alta tēsa laxa viscera: et rigor lentescat ille quem dedit natiuitas vt superni membra regis miti tendas stipite Crux. Sola digna tu fuisti ferre precium seculi atq̧ portū p̄parare nauta mundo naufrago quem sacer cruor perunxit: fusus agni corpore. Crux fidelis. Gloria et honor deo vsq̧quo altissimo/vna

patri filioq̄ īclito paraclito: cui laus est et potestas per eterna secula. Amen. His deuote peractis incipiat archichorus antiphonam.

Dum fabricator mūdi mort' supplicū pateretur in cruce clamās voce magna tradidit spm. et ecce velum tēpli scissum est: monumenta apta sunt/ terremotus eīm factus fuerat magn⁹/ qr mortē filii dei clamabat mūdus se sustinere nō posse. aperto ergo militis lācea de latere crucifixi dñi exiuit sanguis et aqua in redemptionem salutis nostre.

¶ Duo archichori cātēt ī medio chori.

O Admirabile precium cuius pondere captiuitas redempta ē mundi/ tartarea confracta sunt claustra inferni: aperta est nobis ianua regni. aperto ergo militis lancea de latere crucifixi domini exiuit sanguis et aqua in redēptionē salutis nostre. ¶ Finita antiphona statim dyaconus ministrans ad altare procedens ad ianuas chori crucem suppositam manubrio populo manifestet. versusq; altare incipiat antiphonā. Super omnia. Et eam prosequatur chor⁹. Qua decantata reportetur crux in loco suo scilicet in dorso altaris. Antiphōa

Super oīa ligna cedrorum tu sola excelsior in qua vita mundi pependit et in qua christus triumphauit/ et mors mortem superauit ineternum.

¶ Adorata cruce eps īdutus casula rubea adeat locū vbi repositū est corp⁹ domini. Quo incensato prius reportet super altare illud et ponat super corporalia. Tunc in presentia prelati dyacon⁹ in calicem vinū et aquam mittat. Que postq̄ incensauerit: ablutis manibus et facta confessione cū ministris mediocri voce incipiat hūiliter et deuote. Orem⁹

Preceptis salutaribus moniti et diuina insti. Pater noster. Chor⁹ rn̄deat. Sed libera. Sequitur oratio Libera nos. Qua dicta faciat fractionem. Sequitur Per oīa. Et chor⁹ respondeat. Amen. Non dicat Pax domini. nec pacis osculum porrigat. sed partē de corpore xpi in calicē mittat nichil dicens et se cū silentio communicet. Post hec dicat cū ministris altaris vesperas sine cātu. an. Calicē. ps. Credidi. et cetera sicut pridie. In euāgelio. ā. Cū accepisset iesus acetū dixit 9summatum est/ et inclinato capite tradidit spm. ps. Magnificat. Pater noster. ps. Miserere. sine Gl'ia. Orō sine Dñs vo. sine Ore⁹ et sine Bñdicamus. or.

Respice dñe q̄s sup hāc familiā tuā: pro qua dñs nr̄ ies⁹ christus non dubitauit manibus tradi nocentium et crucis subire tormentū. Et inde recedat prelat⁹ ab altari: nec dicat. or. Placeat tibi sancta trinitas. Et sic terminatur offm.

Sabbato sancto pasche nona tardius dicta solito ita vt offm protrahatur q̄ missa circa vesperam celebretur Eps interim induat alba et stola manipulo et capa candida et mitra. et ministri altaris scdm ordinē suum induātur et ordinata processiōe cum candelabris et thuribulis et drachone supposito haste cū igne et incenso benedicendis procedant in medium nauis ecclesie cum silētio ordinati ad bn̄dicendū nouū ignem et thus hoc modo. Bn̄dictio ignis.

Domine deus noster pater ops lumen indeficiens conditor oīm luminū: exaudi nos famulos et benedic ✠ hunc ignem qui tua sanctificatione atq; benedictione cōsecretur: tu illuminās oēm hoiem venientē in hūc mundum: illumina cōsciencias nostri cordis igne tue caritatis. vt tuo igne igniti tuo lumie illuiati: expulsis a cordib⁹ nr̄is pctōr tenebris/ ad vitā te illustrante peruenire mereamur eternā. Per. x. Or.

Domine deus ops cui assistit exercitus angelorum cum tremore quorum seruitus in vento et igne conuertitur: respicere dignare et bene ✠ dicere hanc creaturam incensi: vt omnes languores iuidie odorem ipsius sentientes effugiant: et separentur a plasmate tuo quod precioso sanguine filii tui redemisti: et nunquam ledatur a morsu antiqui serpentis Per eundem. Ab illo benedicaris in cuius honore cremaberis. In nomine patris ✠ et filii et spiritussancti. amen.

Quibus benedictis aqua benedicta: ignis aspergatur. Deinde de ipso igne mittatur in thuribula et accendantur candelabra et candele de ore drachonis. Reseruetur tamen de igne in laterna: ne forte extinguatur. Tunc reuertatur processio ad chorum: et cantor incipiat in reditu antiphonam.

Cum rex glorie christus infernum debellaturus intrauit et chorus angelicus ante faciem eius portas principum tollere preciperet: sanctorum chori qui tenebantur in morte captiui voce lacrimabili clamauerunt. aduenisti desiderabilis quem expectabamus in tenebris vt educeres hac nocte vinculatos de claustris te nostra flagrabant suspiria. te larga requirebant lamenta. tu factus es spes desolatis magna consolatio in tormentis.

¶ Qua finita dyaconus dalmatica indutus accedat ad cereum benedicendum. acceptaque benedictione ab episcopo: incipiat benedictionem cerei.

Exultet iam angelica turba celorum. exultent diuina misteria et pro tanti regis victoria tuba intonet salutaris Gaudeat se tellus tanti luminis irradiata fulgoribus et eterni regis splendore lustrata totius orbis se sentiat amisisse caliginem. Letetur et mater ecclesia tanti luminis adornata fulgoribus: et magnis populorum vocibus hec aula resultet. Quapropter astantes vos fratres carissimi ad tam miram sancti huius luminis claritatem vna mecum queso omnipotentis dei misericordiam inuocate. Ut qui me non meis meritis intra leuitarum numerum dignatus est aggregare: luminis sui gratia infundente cerei huius laudem implere perficiat. Per dominum nostrum iesum christum filium eius qui cum eo viuit et regnat in vnitate spiritussancti deus. Per omnia secula seculorum. Amen. Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo. Sursum corda. Habemus ad dominum. Gratias agamus domino deo nostro. Dignum et iustum est. Uere quia dignum et iustum est: inuisibilem deum omnipotentem patrem filiumque eius vnigenitum dominum nostrum iesum christum toto cordis ac mentis affectu vocis ministerio personare Qui pro nobis eterno patri ade debitum soluit: et veteris piaculi cautionem pio cruore detersit. Hec sunt enim festa paschalia/ in quibus ille verus agnus occiditur/ eiusque sanguine postes consecrantur. Hec nox est in qua primum patres nostros filios israel eductos de egypto rubrum mare sicco vestigio transire fecisti. Hec igitur nox est que peccatorum tenebras columne illuminatione purgauit. Hec nox est que hodie per vniuersum mundum in christum credentes a viciis seculi segregatos et caligine peccatorum reddit gratie sociatque sanctitati. Hec nox est in qua destructis vinculis mortis christus ab inferis victor ascendit Nichil enim nobis nasci profuerat: nisi redimi profuisset. O mira circa nos tue pietatis dignatio. O inestimabilis dilectio caritatis vt seruum redimeres filium tradidisti. O beata nox/ que sola

meruisti scire tēpus et horā i qua christus ab iferis resurrexit. Hec nox est de qua scriptū est: et nox si cut dies illuminabitur: et nox il- luminatio mea in delictis meis. Hui⁹ igitur sctificatio noctis fu gat scelera/culpas lauat/ & reddit innocentiā lapsis/et mestis letici am. Fugat odia / ꝯcordiā parat/ et curuat īperia. In hui⁹ igitur no- ctis gratia. ¶ Hic ponantur quinqꝫ grana thuris ad hoc parata in cereo in modum crucis: et postea incensetur ce- reus. Et dicat dyaconus ponendo ea.

Suscipe sancte pater icensi hui⁹ sacrificiū vespertinum: qđ tibi in hac cerei oblatione solēni per mi nistrorꝫ manus de operib⁹ apū sa crosctā reddit eccl'a. Sꝫ iā colum ne hui⁹ ꝑconia nouim⁹: quā i ho- nore dei rutilans ignis accendit. ¶ Hic accendatur cereus nouo igne.

O vere beata nox/que expoliauit egyptios: ditauit hebreos. Nox in qua terrenis celestia iungunt. Oramus te domie / vt cereus iste in honorem tui nois consecrat⁹: ad noctis huius caliginē destruē dā indeficiēs perseueret. In odo- rem suauitatis accept⁹ supernis luminaribus misceatur. Flāmas eius lucifer matutinis inueniat. Ille inqꝫ lucifer qui nescit occa- sum. Ille q̄ regressus ab iferis hu mano generi serenus illuxit. Pre camur ergo te dn̄e: vt nos famu- los tuos oēmqꝫ clerū et deuotissi- mū ppl'm vna cū beatissimo papa nostro. N. et antistite nr̄o. N. nec nō et rege nostro. N. et quiete tē- porū concessa/in his paschalibus gaudijs conseruare digneris. Per dominū nostrū iesuꝫ christū filium tuum. Qui tecum viuit et regnat in vnitate spūssancti de⁹. Per oīa secula seculorum. Amen

¶ Completa cerei bn̄dictiōe: legantur lctōes sequeñ. lcō pria sn̄ titulo. Geñ. i.

In principio creauit de⁹ ce- lum & terrā. Terra aūt erat inanis et vacua/et tenebre erant super faciē abissi: et spūs dn̄i fere batur super aquas. Dixitqꝫ deus Fiat lux. Et facta est lux. Et vidit deus lucē ꝙ esset bona: et diuisit lucem a tenebris. Appellauitqꝫ lu cem diem: & tenebras noctem. Fa ctūqꝫ est vespere & mane dies vn⁹ Dixit quoqꝫ de⁹. Fiat firmamen- tum in medio aquarū: et diuidat aquas ab aquis. Et fecit deus fir- mamētū. Diuisitqꝫ aquas q̄ erāt sub firmamento ab his q̄ erant su per firmamentū. Et factū est ita. Vocauitqꝫ de⁹ firmamentū celū. Et factum est vespe et mane: dies scd's. Dixit vero deus. Cōgregen tur aq̄ q̄ sub celo sunt i locū vnū/ et appareat arida. Factumqꝫ est ita. Et vocauit deus aridam ter- ram: congregationesqꝫ aquarum appellauit maria. Et vidit deus ꝙ esset bonum: et ait. Germinet terra herbam virentem & facien- tem semē: et lignum pomiferum faciens fructū iuxta genus suum cuius semē in semetipso sit super terrā. Et factū est ita. Et protulit terra herbā virentē et afferentem semen iuxta genus suū / lignum- qꝫ faciens fructū. et habens vnū- quodqꝫ sementē secundū speciem suam Et vidit deus ꝙ esset bonū: factumqꝫ est vespere et mane dies tercius. Dixit autē deus. Fiat lu minaria in firmamēto celi/ et di- uidant diē et noctem et sint in si- gna et tēpora: et dies et annos vt luceant in firmamento celi et illu minent terrā. Et factū est ita. Fe

citq̧ de⁹ duo magna luminaria:
In illo tpe. Maria magdalene et maria iacobi et salome emerūt aromata vt venientes vngerēt iesum. Et valde mane vna sabbatorū veniūt ad monumentū: orto iā sole. Et dicebāt ad inuicē. Quis reuoluet nobis lapidē ab hostio monumēti? Et respiciētes: viderūt reuolutū lapidē. Erat quippe magnus valde. Et itroeūtes i monumētū: viderūt iuuenē sedentē in dextris coopertū stola cādida et obstupuerūt. Qui dixit illis. Nolite expauescere. Jesum qritis nazarenū crucifixū: surrexit nō ē hic. Ecce locus vbi posuerūt eū. Sed ite dicite discipulis eius et petro: qr pcedet vos in galileā. Jbi eū videbitis: sicut dixit vobis. Credo. Et dr per octa. Offr. Terra tremuit et quieuit dū resurgeret in iudicio deus allā. Secreta



Suscipe qs dñe pces ppli tui cū oblatiōib9 hostiarū vt paschalib9 iitiate mysterijs: ad eternitatis nobis medelā te opante pficiāt. p. Cō. Pascha nrm imolatus est xps allā itaqz epulemur i azimis sinceritatis et veritatis allā al. al. Postcōio.

Spiritū nobis dñe tue caritatis ifūde. vt quos sacramētis paschalib9 satiasti: tua facias pietate cōcordes. Per do. eiusdē.

Feria. ii. Ad missam. Officium.

Introduxit vos dñs in terrā fluentē lac et mel allā. et vt lex dñi semp sit in ore vestro allā allā. ps. Cōfitemini dño qm bonus: qm in sclm mia eius. or.

Deus q̄ solennitate paschali mūdo remedia cōtulisti: pplm tuū qs celesti dono psequere. vt et pfectā libertatē cōseq̄ mereat / et ad vitā pficiat sempiternā. Per d. Lctō actuū apostolorum. r. c.

In dieb9 illis: Stās petrus in medio plebis dixit. Uiri fratres: vos scitis verbū qd factū est per vniuersam iudeā. Jncipiēs a galilea post baptismū qd predicauit iohānes iesum a nazareth: quomō vnxit eū deus spū sctō et virtute. Qui ptrāsiuit bñfaciēdo et sanādo oēs oppssos a dyabolo: qm deus erat cū illo. Et nos testes sumus oim q̄ fecit i regiōe iudeorum et hierlm: quē occiderūt suspēdētes in ligno. Hūc deus suscitauit tercia die: et dedit eū manifestū fieri nō omni populo: sed testibus preordinatis a deo / nobis qui māducauimus et bibimus cū illo: postq̄ resurrexit a mortuis. Et pcepit nobis pdicare populo et testificari: qr ipse est qui cōstitutus est a deo iudex viuorū et mortuorū. Huic oēs pphete testimoniū perhibēt: remissionē pctōrum accipere per nomē eius: oēs q̄ credūt i eū. R. Hec dies quā fecit dñs exultemus et letemur i ea. Vs. Dicat nunc israel qm bonus qm in seculum mia eius. Allā. Vs. Nonne cor nostrum ardens erat in nobis de iesu dū loqueretur nobis in via. Sequtia.

Mundi renouatio noua parit gaudia resurgēti dño cōsurgunt oia. Elementa seruiunt et actoris sentiūt quāta sit poten-

tia. Celum fit sereni⁹ et mare trã quillius/spirat aura mitius/ valis nostra floruit. Reuirescũt arida/recalescunt frigida postq̃ ver intepuit. Gelu mortis soluitur/ mundi princeps fallitur / et eius destruitur in nobis iperiũ. Cũ tenere voluit in quo nichil habuit: ius amisit propriũ. Vita mortem superat/hõ iam recuperat qđ pus amiserat paradisi gaudiũ. Viam prebet facilẽ cherubin versatilem amouẽdo gladiũ. Christus celos reserat et captiuos liberat quos culpa ligauerat sub mortꝫ interitu Pro tãta victoria pr̃i pli glia sit cũ sctõ spũ. Amẽ. Scđm lucam. vi.

In illo tp̃e: Exeũtes duo ex discipulis iesu: ibãt ipsa die



in castelluꝫ quod erat in spacio stadiorũ sexaginta ab hierusalẽ: nomie emaus Et ipsi loquebantur ad inuicem: de his omnibus que acciderant. Et factum est dũ fabularẽtur et secũ q̃rerẽt: et ipse iesus appropinquans ibat cũ illis. Oculi autẽ eorũ tenebantur: ne eũ agnoscerẽt. Et ait ad illos. Qui sunt hi sermones quos cõfertis ad inuicẽ ambulantes: et estis tristes? Et respõdẽs vn⁹ cui nomẽ cleophas: dixit ei. Tu sol⁹ peregrinus es in hierusalẽ: et nõ cognouisti que facta sunt in illa his dieb⁹? Quib⁹ ille dixit. Que? Et dixerunt. De iesu nazareno: q̃ fuit vir propheta potens in opere et sermone/ coram deo et oĩ pplo. Et quomõ tradiderunt eũ summi sacerdotes et p̃ncipes nostri ĩ dãnationẽ mortis: et crucifixerũt eũ Nos aũt sperabam⁹: q2 ipse esset redẽpturus israel. Et nunc super hec oĩa tercia dies ẽ hodie: q̃ hec facta sunt. Sed et mulieres q̃dam ex nostris terruerũt nos: que ante lucẽ fuerũt ad monumentũ. Et nõ inuẽto corpore ei⁹ venerũt dicẽtes: se etiã visionẽ angelorũ vidisse qui dicũt eũ viuere. Et abierunt quidam ex nostris ad monumentũ: et ita inuenerũt sicut mulieres dixerũt: ipsum vero non inuenerunt. Et ipse dixit ad eos. O stulti et tardi corde ad credẽdum: in oĩbus que locuti sunt pphete. Nõne hec oportuit pati christũ: et ita intrare in gloriã suam? Et incipiẽs a moyse et oĩbus prophetis interpretabatur illis in omnibus scripturis que de ipso erant. Et appropinquauerũt castello quo ibant: et ipse finxit se longius ire Et coegerunt illum dicẽtes. Mane nobiscum qm̃ aduesperascit: et inclinata est iã dies intrauit cum illis. Et factũ est dũ recumberet cũ illis accepit panẽ et benedixit ac fregit et porrigebat illis: et aperti sunt oculi eoꝝ/ et cognouerunt eũ. Et ipse euanuit ab oculis eoꝝ Et dixerũt ad inuicẽ. Nonne cor nostrũ ardẽs erat in nobis de iesu dũ loqueretur nobis ĩ via/ et aperiret nobis scripturas? Et surgẽtes eadẽ hora: regressi sunt in hierusalem. Et inuenerũt congregatos vndecim: et eos qui cum ipsis erant: dicentes q̃ surrexit domi:

nus vere/ et apparuit symoni. Et ipsi narrabant que gesta erant in via: et quomodo cognouerũt eũ: in fractione panis. Offertor. Angelus domini descendit de celo et dixit mulieribus: quem queritis surrexit sicut dixit alleluya alleluya. Secreta.

Paschales hostias recensentes quesumus domine: vt qd frequentamus actu/ comprehendamus effectu. Per dominum nostrum. Cõio. Surrexit dominus ꝛ apparuit petro alleluya. Postcõio.

Impleatur in nobis qs dñe sacramẽti paschalis sancta libatio: nosq₃ de terrenis affectibus ad celeste trãsferat institutũ. Per dñm. ¶ Feria tercia. Officiũ.

Aqua sapiẽtie potabit eos allã firmabitur in illis et nõ flectetur allã et exaltabit eos ieternũ allã al. ps Confitemini domino quoniam bonus: quoniam in seculum mia eius. oratio.

Deus q̃ ecclesiã tuã nouo spetu multiplicas: cõcede famulis tuis. vt sacramentum viuendo teneant: quod fide perceperũt. Per. Lectio actuũ apostoloꝝ. xiij

In dieb⁹ illis: Surgẽs paulus et manu silentium indicens: ait. Viri fratres filii generis abrahã et qui in vobis timent deum: vobis verbum salutis hui⁹ missum est. Qui eñ habitãt hierusalem et principes eius ignorantes iesum: et voces prophetarum que per omne sabbatũ leguntur/ iudicantes impleuerũt. Et nullã causam mortis inueniẽtes in eo: petierũt a pylato vt interficerent eũ. Cũq₃ oĩa consummassent que de ipso scripta erant: deponentes eum de ligno posuerunt in monumẽto. Deus enim suscitauit eum a mortuis: tercia die. Qui visus est per dies multos his qui simul ascenderant cũ eo de galilea i hierusalem: q̃ vsq₃ nũc sunt testes ei⁹ ad plebẽ. Et nos vobis annũciamus eã que ad patres nostros repromissio facta est: qm̃ deus hanc adimpleuit filiis vestris. Resuscitãs iesum chr̃istũ: dñm nostrũ. R Hec dies quã fecit dominus exultemus et letemur in ea. V. Dicant nunc qui redempti sunt a domino quos redemit de manu inimici et de regionibus congregauit eos. Alleluya. V. Christus resurgens ex mortuis iam non moritur: mors illi vltra nõ dñabitur. Seq̃ntia

Lux illuxit dominica lux isti gnis lux vnica. Lux lucis ꝛ leticie lux immortalis glorie Dies mundi conditio commendat ab initio. Quẽ xp̃i resurrectio sublimat priuilegio. In spe perennis gaudii lucis exultẽt filii. Vendicent mẽbra meritis ꝯformitatem capitis. Solẽnis est celebritas et vota sint solennia. Prime diei dignitas: prima requirit gaudia. Solennitatum gloria paschalis est victoria. Sub multis enigmatibus diu promissa patrib⁹. Iam scisso velo patuit: quod vetus lex precinuit. Figuram res extermi‑nat vt vmbrã lux eliminat. Quid agnus sine macula / quid hedus typi gesserit: nostra purgans piacula. messyas nobis aperit. Per mortẽ nos idebitam soluit a morte debita/ predam captãs illicitã predo priuatur licita. Carnis delet opprobria caro peccati nescia Die reflorens tercia corda confirmat dubia. O mors christi viuifica tu christo nos viuifica. Mors morti nõ obnoxia det nobis vite gaudia. Amen. Scd̃m lucam. vltio

In illo tempore. Stetit iesus in medio discipulorum suorum: et dixit eis.



Pax vobis. Ego sum: nolite timere. Conturbati vero et conterriti existimabant se spiritum videre. Et dixit eis. Quid turbati estis et cogitationes ascendunt in corda vestra? Uidete manus meas et pedes meos: quia ego ipse sum. Palpate et videte quia spiritus carnem et ossa non habet: sicut me videbitis habere. Et cum hoc dixisset: ostendit eis manus et pedes Adhuc autem illis non credentibus et mirantibus pre gaudio: dixit. Habetis hic aliquid quod manducetur? At illi obtulerunt ei partem piscis assi: et fauum mellis. Et cum manducasset coram eis: sumens reliquias dedit eis. Et dixit ad illos. Hec sunt verba que locutus sum ad vos cum adhuc essem vobiscum: quoniam necesse est impleri omnia que scripta sunt in lege moysi/ et prophetis/ et psalmis de me. Tunc aperuit illis sensum: ut intelligerent scripturas. Et dixit eis/ quoniam sic scriptum est et sic oportebat christum pati et resurgere a mortuis die tercia. Et predicare in nomine eius penitentiam/ et remissionem peccatorum: in omnes gentes. Offer. Intonuit de celo dominus et altissimus dedit vocem suam: et apparuerunt fontes aquarum alla. Secreta

Suscipe domine quesumus fidelium preces cum oblationibus hostiarum: ut per hec pie deuotionis officia: ad celestem gloriam transeamus. Per dominum no. Com. Si consurrexistis cum christo que sursum sunt querite alleluya ubi christus est in dextera dei sedens/ que sursum sunt sapite alleluya. Postcom.

Concede quesumus omnipotens deus ut paschalis perceptio sacramenti: continua in nostris mentibus perseueret. Per dominum. ¶ Feria quarta. Officium



Uenite benedicti patris mei percipite regnum alleluya quod vobis paratum est ab origine mundi alleluya alla alla. Ps. Cantate domino canticum nouum: laus eius in ecclesia sanctorum. Gloria in excelsis deo. Oro.

Deus qui nos resurrectionis dominice annua solennitate letificas: concede propicius. ut per temporalia festa que agimus/ peruenire ad gaudia eterna mereamur. Per eundem dominum. Lectio actuum apostolorum iij. cap.

In diebus illis. Aperiens petrus os suum dixit. Uiri israelite et qui timetis deum audite. Deus abraham/ deus ysaac/ et deus iacob: deus patrum nostrorum glorificauit filium suum iesum/ quem vos quidem tradidistis et negastis ante faciem pylati: iudicante illo dimitti. Uos autem sanctum et iustum negastis: et petistis virum homicidam donari vobis. Auctorem vero vite interfecistis: quam deus suscitauit a mortuis/ cuius nos testes sumus. Et nunc fratres scio quia per ignorantiam fecistis sicut et patres vestri. Deus autem qui prenunciauit per os omnium

prophetarum pati christum suũ: impleuit sic. Penitemini igitur ⁊ conuertimini: vt deleantur pecca ta vestra. ℟. Hec dies. Vsus. Dextera domini fecit virtutem: dextera domini exaltauit me. Alleluya. Vsus. Surrexit dominus et occurrens mulieribus ait. auete. tunc accesserunt et adorauerunt eum. Sequentia.

Ecce dies celebris lux succedit tenebris: mortis resurrectio. Letis cedant tristia cum sit maior gloria q̃ prima confusio. Umbram fugat veritas vetustatem nouitas luctum consolatio. Pascha nouum colite quod preit in capite: membra sperent singula. Pascha nostrum christus est q̃ pro nobis passus est agn⁹ sine macula. Hosti qui nos circuit predã christus eruit quod et sanson innuit dum leonem lacerat. Dauid fortis virib⁹ a leonis vnguibus ⁊ ab vrsi faucibus gregẽ patri liberat. Quod i morte plures strauit sanson christum figurauit: cuius mors victoria. Sanson dictus sol eorũ christ⁹ est lux electorũ/ quos illustrat gratia. Jam de crucis sacro vecte botrus fluit i dilecte penetral ecclesie. Jam calcato torculari musto gaudent ebriari gẽtiũ primitie. Saccus scissus ⁊ pertusus in regales transit vsus: saccus fit locus glorie: caro victrix miserie. Qr regẽ peremerunt rei regnũ perdiderũt sed nõ delet penitus capni i signũ posit⁹. Reprobatus et obiectus lapis ille nũc electus in tropheũ stat erect⁹ ⁊ in caput anguli. Culpã delens nõ naturam nouã creat creaturã tenẽs in se ligaturã vtriusq̃ populi. Capiti sit gloria: membrisq̃ concordia Amen. Secundum iohannem. Vltio.

In illo tpe: Manifestauit se iteruz iesus discipulis suis



ad mare tyberiadis: manifestauit autez sic. Erãt autez simul symõ petr⁹ ⁊ thomas q̃ dr̃ didim⁹ et nathanael qui erat a chana galilee: et filii zebedei/ ⁊ alij ex discipl'is ei⁹ duo. Dixit eis symõ petr⁹. Vado piscari. Dicũt ei Venim⁹ et nos tecũ. Et exierũt ⁊ ascẽderũt i naui: et illa nocte nichil prẽdiderũt. Mane autẽ iã facto: stetit ies⁹ i litore. Non tñ cognouerũt discipuli: qr ies⁹ ẽ. Dixit ergo eis ies⁹. Pueri: nũq̃d pulmẽtariũ habetis? Rñderũt ei Nõ Dixit ei. Mittite in dexterã naui gyrete: ⁊ iuenietis. Miserũt ergo et iã nõ valebãt illud trahere: pre multitudie pisciũ. Dixit ergo discipul⁹ ille quẽ diligebat iesus: petro. Dñs ẽ. Symõ petrus cũ audisset qr dñs est: tunica succixit se (erat ei nudus) ⁊ misit se i mare. Alij aũt discipl'i nauigio venerũt Nõ eñ lõge erãt a terra: s3 quasi cubit3 ducẽt3 trahẽtes rete pisciũ Ut ergo descẽderũt i trã: viderũt prunas positas/ ⁊ piscẽ suppositũ et panẽ. Dixit eis ies⁹. Afferte de piscib⁹: quos prẽdidistis nũc. Ascendit symõ petr⁹ et traxit rete in terram: plenum magnis piscib⁹ cen-

tū quinquaginta trib⁹. Et cū tan
ti essent: non est scissū rete. Dixit
eis ies⁹. Venite: prandete. Et nemo
audebat discūbētiū interrogare eū
tu quis es: sciētes qꝛ dñs ē. Et ve
nit ies⁹ et accepit panem ⁊ dabat
eis: ⁊ piscem silr. Hoc iam tercio
manifestat⁹ est ies⁹ discipulis su
is: cū surrexisset a mortuis. Offer.
Portas celi aperuit dñs: et pluit illis
māna vt ederēt. panē celi dedit eis pa
nē āgelorū māducauit homo allā. Se.
Sacrificia domine paschali
bus gaudijs imolamus qui
bus ecclia tua mirabiliter et pa
scitur et nutritur. Per dñm. Co.
Christus resurgēs ex mortuis iam non
moritur allā mors illi vltra non domi
nabitur alleluya alleluya. Postcōio.
Ab oī nos qs dñe vetustate
purgatos: sacramēti tui ve
nerāda perceptio in nouā trāsfe
rat creaturā. p. ¶ Feria. v. Offi.
Victricē manū tuā
dñe laudauerūt parit
allā qꝛ sapiētia ape
ruit os mutū ⁊ lin
guas īfātiū fecit di
sertas allā allā. ps. Cōfitemini dño
qm̄ bonus: qm̄ in sclm̄ mia eius. Oro.
Deus q diuersitatē gentiū in
cōfessiōe tui nois adunasti:
da vt renat⁹ fōte baptismat⁹ vna
sit fides mētiū ⁊ pietas actionū.
Per. Lectō actuū apostolorū. viij. ca.
In diebus illis: Angel⁹ dñi
locut⁹ est ad philippū dicēs
Surge ⁊ vade cōtra meridianū ad
viā que descēdit ad hierlm̄ i gazā:
hec ē deserta. Et surgēs abijt. Et
ecce vir ethiops eunuch⁹ potens
cādacis regie ethyopū q erat sup
omnes gazas eius venerat ado
rare in hierusalem et reuerteba
tur sedens super currum suū: le
gensq3 ysaiā pphetā. Dixit autē
spūs philippo. Accede: et adiūge
te ad currū istū. Accurrēs āt phi
lipp⁹: audiuit illū legētem ysaiā
pphetā. Et dixit. Putas ne intel
ligis que legis? Qui ait. Et quo
mō possū/nisi aliqs ostēderit mi
chi? Rogauitq3 philippū vt ascē
deret: ⁊ sederet secū. Loc⁹ aūt scri
pture hic erat quē legebat. Tanq̄
ouis ad occisionē ductus est: et si
cut agn⁹ corā tondente se sine vo
ce/sic nō aperuit os suū. In hūi
litate iudiciū ei⁹ sublatū est. Ge
nerationē ei⁹ qs enarrabit? Qm̄
tolletur de terra vita ei⁹. Respō
dens aūt eunuchus philippo: di
xit. Obsecro te/de quo propheta
dicit hoc: de se/an de alio aliquo?
Aperiens aūt philippus os suū/
et incipiens a scriptura ista: euā
gelizauit illi iesum. Et du3 irent
per viam: venerunt ad quandam
aquā. Et ait eunuch⁹. Ecce aqua
Quis me phibet baptizari? Di
xit autē philipp⁹. Si credis ex to
to corde: licet. Et rñdēs eunuch⁹
dixit. Credo dei filiū: esse iesū xp̄m
Et iussit stare currū. Et descende
rūt vterq3 in aquā/philipp⁹ ⁊ eu
nuchus: et baptizauit eum. Cum
autē ascendissēt de aqua: spūs do
mini rapuit philippū / et ampli⁹
nō vidit eum eunuchus. Ibat aūt
per viam suā gaudēs: philippus
autem inuentus est in azoto. Et
pertransiens euangelizabat ciui
tatibus cunctis: donec veniret ce
saream / nomen dñi iesu xp̄i. R.
Hec dies. V. Lapidē quē reprobauerūt
edificantes: hic factus est in caput angu
li. a dño factum est istud: et est mirabile
in oculis nostris allā. V. In die resurre
ctionis mee dixit dominus: precedam
vos in galileam. Allā. Sequentia.

Mane prima sabbati surgens dei filius nostra spes et gloria. Victo rege sceleres redijt ab inferis cum summa victoria. Cuius resurrectio omni plena gaudio consolatur omnia. Resurgentis itaque maria magdalene facta est prenuncia Ferens xpi fratribus eius morte tristibus expectata gaudia. O beati oculi quibus regem seculi morte iam depositam prima est intuita. Hec est illa femina cuius cuncta crimina ad christi vestigia eius lavit gratia. Que dum plorat et mens orat facto clamat quod cor amat iesum super omnia Non ignorat quem adorat quod precessit sed delet quod mens timet conscia. O maria mater pia stella maris appellaris virtutum per merita. Matri xpi coequata dum fuisti sic vocata sed honore subdita Illa mundi imperatrix ista beata peccatrix leticie primordia fuderunt in ecclesia. Illa ei fuit porta per quam fuit lux exorta hec resurgentis nuncia mundum replet leticia. O maria magdalena audi vota laude plena apud xpm chorum istum clementer consilia Ut fons summe pietatis qui te lavit a peccatis servos suos atque tuos mundet data venia. Amen dicant omnia. Secundum iohannem .xx.c.



In illo tempore: Maria stabat ad monumentum foris plorans Dum ergo fleret inclinavit se: et prospexit in monumentum. Et vidit duos angelos in albis sedentes: unum ad caput et unum ad pedes ubi positum fuerat corpus iesu. Dicunt ei illi. Mulier quid ploras? Dixit eis Quia tulerunt dominum meum: et nescio ubi posuerunt eum. Hec cum dixisset conversa est retrorsum et vidit iesum stantem: et nesciebat quia iesus est. Dixit ei iesus Mulier quid ploras? Illa existimans quia ortolanus esset dixit ei Domine si tu sustulisti eum dicito michi ubi posuisti eum: et ego eum tollam. Dixit ei iesus. Maria. Conversa illa: dixit ei Raboni quod dicitur magister. Dixit ei iesus Noli me tangere. Nondum enim ascendi ad patrem meum. Vade autem ad fratres meos: et dic eis. Ascendo ad patrem meum et patrem vestrum: deum meum et deum vestrum. Venit maria magdalene annuncians discipulis quia vidi dominum: et hec dixit michi. Offer. In die solennitatis vestre dicit dominus inducam vos in terram fluentem lac et mel allelu ya. Secreta

Suscipe quesumus domine munera populorum tuorum propicius: ut confessione tui nominis baptismate renovati: sempiternam beatitudinem consequatur. Per. Coio. Populus acquisitionis annunciate virtutes eius alleluia. qui vos de tenebris vocavit in admirabile lumen suum allelu ya. Postcoio.

Exaudi domine preces nostras ut redemptionis nostre sacrosancta commercia et vite nobis presentis conferant auxilium: et gaudia sempiterna concilient. Per dominum nostrum. ¶ Feria sexta. Offi.

Eduxit eos dominus in spe alleluia: et inimicos eorum operuit mare alleluia alleluia allelu ya. ps. Attendite popule meus legem meam: inclinate aurem vestram in verba oris mei. Glo.

Omnipotens sempiterne deus qui paschale sacramentum in reconciliationis humane federe contulisti: da mentibus nostris / ut quod professione celebramus: imitemur effectu. Per

Lectio epystole beati petri apostoli. i. iii. c

Carissimi: Christus semel pro peccatis nostris mortuus est / iustus pro iniustis: ut nos offerret deo mortificatos quidem carne / vivificatos autem spiritu. In quo et his qui in carcere erant spiritualiter veniens predicauit qui increduli fuerant aliquando quando expectabant dei patientiam in diebus noe cum fabricaretur archa in qua pauci id est octo anime salue facte sunt per aquam. Quod et vos nunc similis forme saluos facit baptisma / non carnis depositio sordium: sed conscientie bone interrogatio in deum. Per resurrectionem domini nostri iesu christi: qui est in dextera dei.

R. Hec dies. V. Benedictus qui venit in nomine domini deus dominus et illuxit nobis. Alleluia.

V. Surrexit christus et illuxit populo suo quem redemit ipse sanguine suo. Alleluia. Sequentia.

Sexta passus feria die christus tercia resurrexit Surgens cum victoria collocat in gloria quos dilexit. Pro fideli populo christus in patibulo immolatur. Clauditur in tumulo tandem in diluculo suscitatur. Christi crux et passio nobis est presidio si credamus. Christi resurrectio facit ut a vicio resurgamus. Hostia sufficiens christus fuit moriens pro peccato. Sanguinis effusio abluit nos impio triumphato. Morte sua simplici morti nostre duplici fert medelam. Vite pandit aditum nostram sanat gemitum et querelam Leo fortis hodie dat signum potentie resurgendo Principem nequicie per arma iusticie deuincendo. Diem istam dominus fecit in qua facinus mundi luit. In qua mors occiditur in qua vita redditur / hostis ruit. Geminatum igitur alleluia canitur corde puro. Nam culpa tollitur et vita promittitur in futuro In hoc mundi vespere tu nos fac resurgere iesu christe. Salutaris omnibus sic tuis fidelibus dies iste. Amen. Secundum matheum. ultimo

In illo tempore: Undecim discipuli abierunt in galileam in montem



ubi constituerat illis iesus. Et videntes eum adorauerunt: quidam autem dubitauerunt Et accedens iesus: locutus est eis dicens. Data est michi omnis potestas: in celo et in terra. Euntes ergo docete omnes gentes: baptizantes eos in nomine patris et filii et spiritussancti. Docentes eos seruare omnia: quecunque mandaui vobis. Et ecce ego vobiscum sum: omnibus diebus: usque ad consummationem seculi. Offertorium. Erit vobis hic dies memorialis alleluia et diem festum celebrabitis solennem domino in progenies vestras legitimum sempiternum diem al. al. al. Secreta.

Hostias quesumus domine placatus assume: quas et pro renatorum expiatione peccati deferimus et pro acceleratione celestis auxilium. Per.

Communio. Data est michi omnis potestas in celo et in terra allelupa. euntes docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris et filii et spiritussancti allelupa allelupa. Postcommunio.

Respice q̄s dn̄e populū tuū: et quem eternis dignat⁹ es renouare mysteriis a temporali: bus culpis dignant absolue. Per dominum. ¶ Sabbato. Officiū.

Eduxit dn̄s pp̄lm suū in exultatiōe allā. et electos suos ī leticia allelupa al: lelupa. ℣. Cōfitemini domi no et inuocate nomen eius: annuncia: te inter gentes opera eius. Oratio.

Concede q̄s omnipotens de us: vt q̄ festa paschalia ve: nerando egimus: per hec contin gere ad gaudia eterna mereamur Per dominum nostrū. ¶ Lectio epistole beati petri apl̄i. i. ii. c.

Carissimi: Deponētes oēm maliciā et omnē dolū et simulatio nes et inuidias et om̄s detractio: nes sicut modo geniti īfantes ra tionabiles sine dolo lac ꝯcupisci te: vt in eo crescatis in salutē. Si tū gustatis q̄m dulcis est dn̄s ad quē accedentes lapidē viuum: ab hoīb⁹ quidē reprobatū / a deo au tem electum et honorificatū. Et ipsi tanq̄ lapides viui superedifi camini domos sp̄uales sacerdoti um sanctum offerre spirituales / hostias acceptabiles deo per iesū xp̄m. Propter q̄d cōtinet scriptu ra. Ecce pono in syon lapidē sum mū angularē p̄batū electū preci: osū: et oīs q̄ crediderit in illū non cōfundet. Vobis ergo honor cre dentib⁹: nō credētibus aūt lapis quē reprobauerūt edificātes: hic factus est in caput anguli. Et la: pis offensionis: et petra scandali his qui offēdūt verbo: nec credūt in quo et positi sūt. Vos aūt ge: nus electū regale sacerdotiū gēs sancta pp̄ls acq̄sitionis vt virtu tes annūcietis ei⁹ qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumē suū Qui aliq̄n nō pp̄ls dei: nūc au tē pp̄ls dei. Qui nō cōsecuti miāz nunc aūt miāz consecuti. ℟. Allā ℣. Hec dies quam fecit dn̄s exultemus et letemur in ea. Duo pueri cantēt. Al: lelupa. ℣. Laudate pueri dominū lau: date nomen domini. Allā. Sequeū.

Salue dies dierū glīa dies fe lix xp̄i victoria dies digna iugi leticia dies p̄ia. Lux diuina cecis irradiat in qua xp̄s īfernuz spoliat mortē vincit et recōciliat sūmis yma. Sēpiterni regis sen: tencia sub pctō cōclusit oīa vt in firmis supna gratia subueniret. Dei virtus et sapiētia tēperauit irā clemētia: cū iam mūdus ī pre: cipitia tot⁹ iret. Insultabat nr̄e miserie, vetus hostis actor mali: cie: q̄ nulla spes erat venie de pec catis. Desperāte mūdo remediū dū teneret cūcta silentiū deus pa ter emisit filiū desperatis. Predo vorax monstrū tartareū carnem vidēs nō cauēs laqueū in laten: tē ruēs aculeū adūcat. Dignita: tis prime cōditio reformatur no: bis in filio cuius noua nos resur: rectio ꝯsolatur. Resurrexit liber ab īferis restaurator humani ge: neris ouem suā reportans hume: ris ad superna. Angelorum pax fit et hominum plenitudo succre: scit ordinum triumphātem laus decet dominm laus eterna. Ar: monie celestis patrie vox concor: det matris ecclesie. allelupa fre: quentet hodie plebs fidelis. Tri: umphato mortis imperio trium: phali fruamur gaudio in tra pax et iubilatio sit in celis. Amen. Secundum iohannem. xx. capitulo.

In illo tēpore: Vna sabbati maria magdalene venit ma

ne cũ adhuc tenebre essent ad monumẽtũ: et vidit lapidẽ sublatuȝ a monumẽto. Cucurrit ergo ⁊ venit ad symonẽ petrũ ⁊ ad aliũ discipuluȝ quẽ amabat iesꝰ: ⁊ dixit eis. Tulerũt dñm meũ de monumẽto ⁊ nescio vbi posuerũt eum. Exijt ergo petrꝰ ⁊ ille aliꝰ discipulꝰ: ⁊ venerũt ad monumẽtũ. Currebãt aũt duo simul ⁊ ille aliꝰ discipulꝰ precucurrit citiꝰ petro / ⁊ venit prior ad monumẽtũ. Et cũ se inclinasset: vidit lintheamina posita / ⁊ sudariũ: nõ tñ introiuit Venit ergo symõ petrꝰ seq̃ns eũ: ⁊ introiuit in monumẽtũ ⁊ vidit litheamina posita / ⁊ sudariũ qd fuerat sup caput eius: non cũ lintheaminibus posituȝ sed separatim inuolutũ in vnũ locũ. Tunc ergo introiuit et ille discipulꝰ q̃ venerat primus ad monumẽtum et vidit et credidit. Nondum enĩ sciebant scripturas: quia oporteret eum a mortuis resurgere.

Offert. Benedictꝰ qui venit in noĩe dñi benedicimꝰ vobis de domo dñi deꝰ dñs et illuxit nobis allã allã. Secre.

Concede q̃s dñe semp nos ꝑ hec misteria paschalia gratulari: vt ꝯtinua nr̃e reparatiõis opatio ꝑpetue nobꝭ fiat causa leticie. Per. Cõ. Oẽs q̃ in xp̃o baptizati estis xp̃m induistis allã. Postcõio.

Redẽptionis nr̃e munere vegetati q̃s dñe: vt hoc perpetue salutis auxilio fides sẽp vera ꝓficiat. Per. In oct. pasche oĩa sicut i die ꝑter allã: et sequẽtia. V. Angelus dñi descendit de celo et accedens revoluit lapidẽ et sedebat sup euȝ. Seq̃.

Zima vetꝰ expurgetur vt sincere celebrẽt noua resurrectio Hec est dies nostre spei huiꝰ mira vis diei legis testimonio. Hec egyptuȝ spoliauit ⁊ hebreos liberauit de fornace ferrea His in arto ꝯstitutis opus erat seruituꝭ lutũ later palea. Iã diuĩe laus virtutis iaȝ triũphi iam salutis vox erũpat libera. Lex est vmbra futurorũ xp̃s finis promissoꝝ qui ꝯsumat oĩa. Hec est dies quam fecit dñs dies nostri doloris terminꝰ dies salutifera Christi sanguis igneam hebetauit rũphea ãmota custodia. Puer nostri forma risus pro quo verux est occisꝰ vite signat gaudiũ. Ioseph exit de cisterna christus redit ad superna post mortis supplicium. Hic drachones pharaonis drachovorat a drachonis immunis malicia Quos ignitus vulnerat / hos serpentis liberat enei presentia. Anguem forat in maxilla christus hamus et armilla in cauerna reguli. Manũ mittit ablactatus ⁊ sic fugit exturbatus vetus hospes seculi. Irrisores helisei dum conscendit domũ dei zelum calui sentiunt. Dauid arrepticius hircus emissarius et passer effugiunt. In maxilla mille sternit ⁊ de tribu sua spernit sanson matrimonium. Sanson gaze seras pandit et asportans secũ scandit montis supercilium: hic de iuda leo fortis fractis portꝭ dire mortis die surgit tercia. Rugiente voce patris ad supne signuȝ matris tot reuexit spolia. Cetus ionam fugitiuũ veri ione signatiuum post tres dies reddit viuuȝ de ventris angustia. Botrus cypri reflorescit dilatatur et excrescit synagoge flos marcescit ⁊ floret ecclesia. Mors et vita cõflixere resurrexit xp̃s vere et cum christo surrexere multi testes glorie.

Mane nouū mane letū vesperti-nū tergat fletū qr vita vicit letuz xp̄s est leticie. Iesu victor iesu vi ta iesu vite vita trita cui⁹ morte mors sopita ad paschalē nos iui-ta mensā cū fiducia. Viue panis viuax vnda vera vitis ⁊ fecūda tu nos pasche tu nos mūda vt a mor te nos secunda tua saluet gratia. Amē. Cetera oīa vt i die. ¶ Feria.ij post oct. pasche ⁊ p totā ebdoma Offm



Quasi modo geniti infan tes allā. rationabiles si-ne dolo lac ↄcupiscite al. al. al. ps. Exultate deo adiuto-ri nostro: iubilate deo iacob Glia. Or.

Presta q̄s omnipotens de⁹: vt qui festa paschalia pere-mus: hec te largiente moribus et vita teneamus Per dn̄m nostrū. Lectio ep̄le beati iohannis ap̄li. i. v.

Carissimi: Omne quod na tū est ex deo: vincit mundū Et hec est victoria que vincit mū dum: fides nr̄a. Quis est aūt q̄ vi cit mūdū: nisi qui credit qm̄ ies⁹ est fili⁹ dei? Hic est qui venit per aquā et sanguinē: ies⁹ xp̄s. Non in aqua solū sed in aqua ⁊ sangui ne. Et sp̄us est qui testificat: qm̄ xp̄s est veritas. Qm̄ tres sūt q̄ te-stimoniū dāt i celo: pater/ verbū et spiritussanctus/ et hi tres vnū sunt. Et tres sunt qui testimoni-um dant in terra: spiritus/ aqua et sanguis/ et hi tres vnum sunt Si testimoniū hoīm accipimus/ testimoniuz dei maius est. Quo-niam hoc est testionium dei quod maius est: quia testificatus est de filio suo. Qui credit in filiuz dei/ habet testimonium dei in se. Rx. Alla v. Angelus domini descendit de celo: et accedens reuoluit lapidē et sede bat super eum. Alla. v. Post dies octo ianuis clausis stetit iesus in medio di-scipulorum suorum: et dixit pax vobis Secundum iohannem. xx. capitulo.

In illo tempore: Cum esset sero die illo vna sabbatorū



et fores essent clause vbi erant discipuli/ cōgregati pp̄ter metū iudeorū: venit ies⁹ ⁊ stetit in medio / et dixit eis. Pax vobis. Et cū hoc dixisset ostendit eis manus et lat⁹. Gaui si sūt ergo discipuli: viso dn̄o. Di xit ergo eis iterū. Pax vobis. Si cut misit me pat: ⁊ ego mitto vos Hec cū dixisset: insufflauit et di-xit eis. Accipite spiritū sanctum. Quorum remiseritis peccata re-mittūtur eis: et quorū retinueri-tis retenta sunt. Thomas autem vnus ex duodecim qui dicitur di-dimus: non erat cū eis quādo ve nit iesus. Dixerūt ergo ei alii di scipuli. Vidimus dominum Ille autē dixit eis. Nisi videro in ma-nibus eius fixurā clauorū et mit tam digitū meum in locū clauorū et mittam manum meam in lat⁹ eius. non credā. Et post dies octo iterum erant discipuli eius int⁹: ⁊ thomas cū eis. Vēit iesus ianu is clausis: et stetit in medio/ et di xit. Pax vobis. Deinde dixit tho me. Infer digitū tuum huc ⁊ vi-de man⁹ meas: et affer manū tuā

et mitte in latus meum: et noli es
se incredulus/ sed fidelis. Respõ
dit thomas: et dixit ei. Dominus
meus et deus meus. Dixit ei ies⁹
Quia vidisti me thoma credidi:
sti: beati qui non viderunt et cre
diderunt. Multa quidẽ et alia si:
gna fecit iesus in ɔ̃spectu discipu
lorũ suorũ: que nõ sunt scripta in
libro hoc. Hec autẽ scripta sunt/
vt credatis qm̃ iesus est christ⁹ fi:
li⁹ dei. Et vt credentes: vitam ha
beatis in noĩe ei⁹. Offr. Angelus
dñi descẽdit de celo et dixit mulieribus
quẽ queritis surrexit sicut dixit al. Sẽ.

Suscipe munera q̃s dñe exul
tantis ecclesie: et cui causã
tãti gaudij prestitisti/ ꝑpetue fru
ctũ cõcede leticie. Per. Cõ. Mitte
manũ tuã ꝛ cognosce loca clauorũ allã
et noli esse icredul⁹ ſ; fidelis al. p⁹cõi.

Quesum⁹ dñe deus noster vt
sacrosctã mysteria que pro
reparationis nr̃e munimine con
tulisti et presens nobis remediũ
esse facias et futurum. Per dñm.

¶ Feria quarta. Ad hebreos. xiij.c.

Fratres: Obedite prepositĩs
vestris: ꝛ subiacete eis. Ip
si eĩ peruigilant quasi rationem
pro aĩabus vr̃is reddituri / vt cũ
gaudio hoc faciãt et nõ gemẽtes
Hoc eni nõ expedit vobis. Orate
pro nobis. Cõfidim⁹ enĩ q: bonã
conscientiã habemus: ĩ oĩbus be
ne volẽtes cõseruari. Ampli⁹ au:
tem deprecor vos hoc facere: quã
to celerius restituar vobis. De⁹
autẽ pacis qui eduxit de mortuis
pastorẽ magnũ ouiũ in sanguine
testamenti eterni dñm nostrũ ie
sũ xp̃m: aptet vos in omĩ bono vt
faciatis volũtatẽ ei⁹. Faciens in
vobis qđ placeat corã se per iesũ
xp̃m: dñũ nostrũ. Scdm marcũ. xvi

In illo tp̃e: Surgẽs ies⁹ ma
ne prima sabbati: apparuit
primo marie magdalene de qua/
eiecerat septẽ demonia. Illa aũt
ꝑcurrẽs: his nũciauit qui cũ eo
fuerãt: lugẽtib⁹ ꝛ flẽtib⁹. Et illi
audiẽtes q: viueret et visus esset
ab ea: non crediderunt. Post hec
autẽ duobus ex his ãbulantibus
apparuit in alia effigie: eũtibus
in villã. Et eũtes nũciauerunt ce
teris. ¶ Feria vi. Euãge. ꝓpriũ abs
q̃ alio seruitio ꝓprio. S math. xxviij

In illo tp̃e Exierũt mulieres
de monumẽto cũ tremore et
gaudio magno: currẽtes nũciare
discipl̃is ei⁹ Et ecce ies⁹ occurrit
illis: dicẽs. Auete. Ille aũt acces
serũt et tenuerũt pedes ei⁹: ꝛ ado
rauerũt eũ. Tũc ait illis ies⁹ No
lite timere. Ite nũciate fratrib⁹
meis vt eant ĩ galileã: ibi me vide
bũt. Que cũ abijssent: ecce q̃dã de
custodib⁹ venerũt in ciuitatẽ: ꝛ nũ
ciauerũt principib⁹ sacerdotũ oĩa
que facta fuerant Et congregati
cũ senioribus: ɔ̃silio accepto/ pe:
cuniã copiosã dederunt militib⁹
dicẽtes. Dicite quia discipuli ei⁹
nocte venerũt: ꝛ furati sunt eũ
vobis dormientib⁹. Et si hoc au:
ditũ fuerit a preside: nos suadebi
m⁹ ei et securos vos faciemus At
illi accepta pecunia: fecerũt sicut
erãt edocti. Et diuulgatũ est ver
bũ istđ apđ iudeos: vsq̃ in hodier
nũ diẽ. ¶ Dñ. ii. post oc. pasche. Offĩ.

Misericordia dñi plena ẽ
terra allelupa. verbo dei
celi firmati sũt allelupa
allã. ps. Exultate iusti ĩ do
mino: rectos decet collaudatio. Orõ.

Deus qui in filij tui humi:
litate iacentem mundum/
erexisti / fidelibus tuis perpe:

tuã concede leticiã: vt quos perpetue mortis eripuisti casib⁹ gaudijs facias sempiternis perfrui. Per eundẽ. Lcõ epl'e b. petri apl'i. i. ij.

Charissimi: xp̄s pass⁹ est p nobis / vobis relinquẽs exẽplũ: vt sequamini vestigia ei⁹. Qui pctm̄ non fecit: nec inuent⁹ est dol⁹ in ore ei⁹. Qui cũ malediceret: non maledicebat. Cũ pateret: nõ cõminabatur. Tradebat aũt iudicãti se iniuste: q̃ pctã nostra ipe p tulit in corpore suo sup lignũ vt pctis mortui iusticie viuam⁹ / cui⁹ liuore sanati estis. Eratis ei sicut oues errantes: sz cõuersi estis nunc ad pastorẽ et eppiscopũ animarũ vestrarũ. R. Allã. V. Ego sũ pastor bonus qui pasco oues meas. Alleluya. V. Christus resurgens ex mortuis iã nõ morit mors illi vultra nõ dominabitur. Seq̄. Mũdi reno. quere fer. scdã post pascha. Scdm̃ iohãnem. c.

In illo tp̄e: Dixit ies⁹ discipulis suis. Ego sum pastor bon⁹.



Bon⁹ pastor aĩam suam dat p ouib⁹ suis. Mercennari⁹ autẽ et q̃ nõ est pastor cuius non sunt oues proprie: videt lupum venientem et dimittit oues / et fugit. Et lupus rapit: et dispergit oues. Mercennari⁹ autem fugit / quia mercennarius est et non pertinet ad eum de ouib⁹. Ego sum pastor bonus: et cognosco oues meas / et cognoscunt me mee. Sicut nouit me pater: et ego agnosco p̄rem / et aĩam meã pono pro ouib⁹ meis. Et alias oues habeo: que non sunt ex hoc ouili Et illas oportet me adducere: et vocẽ meã audiẽt. Et fiet vnũ ouile: et vn⁹ pastor. Credo. Offr. De⁹ de⁹ meus ad te de luce vigilo: et in noie tuo leuabo manus meas allã. Secreta.

Benedictionẽ nobis dñe salutarem conferat hec sacra semper oblatio: vt quod agit mysterio: virtute perficiat. Per do. Cõio. Ego sum pastor bonus alleluya. et cognosco oues meas et cognoscũt me mee alleluya alleluya. Postcõio.

Presta nobis q̃s omp̄s de⁹ / vt viuificationis tue gratiam consequentes: in tuo semper munere gloriemur Per dominũ.

Feria. iiii. Lcõ epl'e b. petri apl'i. i.

Charissimi: Sciẽtes q nõ corruptibili auro vel argẽto redẽpti estis de vana vr̃a cõuersatione paterne traditionis: sz preciosó sanguine quasi agni incontamiati et imaculati xp̄i iesu Precogniti quidẽ ante mũdi cõstitutionẽ: manifestati autem nouissimis temporibus: p pter vos qui p ipsum fideles estis in deo: qui suscitauit eũ a mortuis et dedit gloriã sẽpiternã: vt fides vr̃a et spes ĩ deo esset. Aĩas vr̃as castificãtes in obediẽtia caritatis ĩ fraternitatis amore. Siplici ex corde inuicẽ diligite attẽti⁹: renati nõ ex semine corruptibili: sz icorruptibili p vbũ dei viui et p manẽtis. Qr ois caro vt fenũ: et ois glĩa ei⁹ tã q̃ flos fenĩ Exaruit ei fenũ: et flos ei⁹ decidit. Verbũ aũt dñi: manet in eternũ. Scdm lucam. vltimo. c.

In illo tpe: Una sabbati bal de diluculo venerũt mulie-

res ad monumẽtum: portãtes q̃ para-uerãt aro-mata. Et inuene-rũt lapidem reuolutũ a monumẽto: et ingres-se nõ inuenerũt corpus dñi iesu. Et factũ est dũ mente cõsternate essent de isto: ecce duo viri steterũt iuxta illas in veste fulgenti. Cũ ti-merent autẽ et declinarẽt vultum in terrã: dixerunt ad illas. Quid queritis viuẽtẽ cũ mortuis? Nõ ẽ hic. sz surrexit. Recordami quã-liter locutus est vobis: cũ adhuc in galilea esset dicẽs. Qr oportet filiũ hoĩs tradi in manus pecca-torum et crucifigi: et tercia die re surgere. Et recordate sunt verbo rũ eius: et regresse a monumento nũciauerũt hec oĩa illis vndecim et ceteris oĩbus. Erat aũt maria magdalene et iohãna et maria ia cobi: et cetere q̃ cũ ipsis erãt: q̃ di-cebant ad aplos hec. Et visa sunt ante illos sicut deliramẽta verba ista: et nõ credebãt illis. Petrus autẽ surgens cucurrit ad monu-mentũ: et procumbens vidit lin-theamia sola posita. Et abiit se-cum mirans quod factum fuerat.

Feria. vi. Scdm matheum. ix. ca.

In illo tpe: Accesserũt ad ie-sum discipuli iohĩs: dicẽtes. Quare nos et pharisei ieiunam⁹ frequẽter: discipuli aũt tui nõ ie-iunãt? Et ait illis ies⁹. Nũqd pos sunt filii spõsi lugere: q̃diu cũ il-lis est sponsus? Venient aũt dies cũ auferet ab eis spõsus: et tũc ie-iunabũt. Nemo aũt imittit cõmis suram pãni rudis i vestimẽtũ vet⁹. Tollit eñ plenitudinẽ ei⁹ a vesti mento: et peior scissura fit. Neq̃ mittũt vinũ nouũ i vtres veteres Alioquin rumpuntur vtres / et vi nũ effunditur: et vtres pereunt. Sed vinũ nouum in vtres nouos mittunt: et ambo conseruantur.

Dñica. iii. post pascha. Officium.


Ubilate deo oĩs ter-ra allã. psalmũ dici-te noĩ eius allã. date gloriã laudi ei⁹ allã allã alã. ps. Dicite deo q̃ terribilia sunt opera tua dñe: in multi tudine virtutis tue mentientur tibi ini mici. Gloria in excelsis deo. Ora.

Deus q̃ errãtib⁹ (vt in viam possint redire iusticie) veri tatis tue lumẽ ostẽdis: da cũctis qui xpiana pfessiõe censent: et il-la respuere q̃ huic iimica sunt noĩ et ea q̃ sunt apta sectari. Per do.

Lectio ep̃le beati petri apl̃i. i. ii. capl̃o.

Carissimi: Obsecro vos tan q̃ aduenas et pegrinos ab stinere vos a carnalib⁹ desideriis que militant aduersus animam. Conuersationẽ vestrã inter gen-tes habentes bonã: vt in eo quod detractãt de vobis tanq̃ de male factoribus ex bonis operib⁹ vos considerãtes / glorificẽt deum in die visitationis. Subiecti estote oĩ humane creature: pp̃ter deum Siue regi: quasi precellẽti. Siue ducibus: tanq̃ ab eo missis ad vi-dictã malefactorũ / laudẽ vero bo

nor. Qz sic est volūtas dei: vt bñ-
facientes obmutescere faciatis im
prudētiū hoim ignorātiā. Quasi
liberi et nō quasi velamē habētes
malicie libertatē: sz sicut serui dei
Oēs honorate: fraternitatē dili-
gite. Deū timete: regē honorifica
te. Serui subditi estote: i oī timo-
re dñis. Non tm̄ bonis et mode-
stis: sz etiā discolis. Hec est enim
gratia: in christo iesu domino no
stro. ℟. Allelupa. V⁹. Iterum autem
videbo vos et gaudebit cor vestrum et
gaudium vestrum nemo tollet a vobis.
Allelupa. V Surrexit dominus et oc-
currens mulieribus ait. auete tunc ac-
cesserunt et adorauerunt eum. Seqn.
Lux illuxit dominica. Quere fe. iii.
post pascha. Scdm iohannem. xvi. ca.

In illo tempore. Dixit iesus
discipulis suis. Modicum et



iā non vide-bitis me/et iteruz modi-cum et vide-bitis me: qz vado ad pa-trem. Dixe-
rūt ergo quidā ex discipulis eius
ad inuicem. Quid est hoc quod di
cit nobis/modicum et non vide-
bitis me: et iterum modicum et vi
debitis me/quia vado ad patrem?
Dicebant ergo. Quid ē hoc quod
dicit modicum? Nescimus quid
loquitur. Cognouit autem iesus
quia volebāt eū interrogare: et di
xit eis. De hoc queritis inter vos:
quia dixi modicum et non videbi
tis me/et iterum modicum et vi-
debitis me. Amen amen dico vo-
bis: qz plorabitis et flebitis vos/
mūdus autem gaudebit. Vos au-
tem contristabimini: sed tristicia
vestra vertetur in gaudium. Mu
lier cum parit tristiciam habz: qz
venit hora eius. cum autem pepe-
rerit puerum: iam non meminit
presure propter gaudiū qz natus
est homo in mūdū. Et vos igitur
nūc quidā tristiciā habetis. Iter
autē videbo vos: et gaudebit cor
vestrum Et gaudium vestrum: ne
mo tollet a vobis. Credo. Offer.
Lauda anima mea dominum. laudabo
dominum i vita mea: psallam deo meo
qdiu ero allelupa. Secreta.

His nobis dñe mysteriis cō-
ferat/quo terrena desideria
mitigātes: discamus amare cele-
stia. p. Cōio. Modicū et nō videbitis
me allā: iterū modicū et videbitis me qz
vado ad patrem allā allā. Postcōio.

Sacramēta q̄ sumpsimus q̄s
domine deus noster/et spi-
ritualibus nos instruant alimen
tis: et corporalibus tueantur au-
xiliis. Per dominū. Feria. iiii.
Lctō libri apocal. b. iohannis apli. v. c.

In diebus illis: Vidi in dex-
tera sedētis super thronum
librum scriptum intus et foris: si
gnatū sigillis septē. Et vidi ange
lum forte predicantē voce magna
Quis est dign⁹ aperire librum/ et
soluere signacula eius? Et nemo
poterat i celo/neqz in terra/ neqz
subtus terrā aperire libruz / neqz
videre eū. Et ego flebā multū qm̄
nemo dign⁹ inuētus est aperire li
brū/nec videre eū. Et vnus de se-
niorib⁹ dixit michi. Ne fleueris.
Ecce vicit leo de tribu iuda radix

dauid aperire librū: et soluere septē signacula ei9. Et vidi: et ecce in medio throni et quattuor aīalium/et in medio seniorꝝ agnū stantē tanꝙ occisum: habentē cornua septē/ꝛ ocl'os septē q̄ sunt septem spiritus dei missi in oēm terram. Et venit/et accepit dextera sedentis in throno librū. Et cū aperuisset librū quattuor aīalia et vigintiquattuor seniores ceciderūt corā agno habētes singl'i cytharas et phialas aureas/plenas odoramētorꝝ: q̄ sunt orōnes sanctorꝝ Et cantabant canticū nouū: dicētes Dignus es dn̄e deus accipere librū: ꝛ soluere signacula ei9. Qm̄ occisus es et redemisti nos deo in sanguine tuo: ex omi tribu et lingua et pplo et natione. Et fecisti nos deo nostro regnū et sacerdotes: et regnabis in secula seculorum. Jstud allā dicitur feria scda quarta et sexta. Alleluya. vs. Modicum et non videbitis me dixit dn̄s. iterum modicum et videbitis me/quia vado ad patrem. Secundum iohannem. iiii. cap.

IN illo tp̄e Facta est questio ex discipulis iohannis cum iudeis: de purificatiōe. Et venerūt ad iohēm: et dixerūt ei. Rabbi. qui erat tecū trans iordanem/cui testimoniū phibuisti: ecce hic baptizat: et oēs veniunt ad eum. Rn̄dit iohannes: et dixit eis. Nō potest hō accipere quicꝙ: nisi fuerit ei datū de celo. Ipsi vos testimoniū michi phibetꝫ: ꝙ dixerim vobis q2 nō sum ego xp̄s / sꝫ quia missus sum āte illum. Qui habet sponsaꝫ: sponsus est. Amicus aūt spōsi qui stat et audit eū / gaudio gaudet ppter vocē sponsi. Hoc ergo gaudiū meū: ipletū est. Illum oportet crescere: me autē minui. Qui de sursum venit: sup oēs est. Qui aūt de terra est: de tra loquit Qui de celo venit: sup oēs est. Et quod vidit ꝛ audiuit: hoc testatur Et testimoniū ei9: nemo accipit. Qui autē acceperit eius testimonium: signauit q2 deus verax est. Quē eīm deus misit: verba dei loquitur. Non eīm ad mensurā: dat deus sp̄m. Pater enim diligit filium: et omnia dedit in manu eius. Qui credit in filiū dei: habet vitā eternam. Qui autem incredulus est filio: non videbit vitā / sed ira dei manet super eum. ¶ Feria. vi. Allā. Modicū. vts. Scdm iohēm. xii.

IN illo tempore. Dixit iesus turbis iudeorū. Ego lux in



mundū veni: vt oms q credit in me/i tenebris nō maneat Et si qs audierit vba mea et non custodierit ea: ego nō iudico eū. Nō eīm veni vt iudicē mundū: sed saluificē mundum. Qui spernit me et nō accipit vba mea: habꝫ qui iudicet eū. Sermo quē locutus sum: ille iudicabit eū in nouissimo die. Q2 ego ex meipso nō sum locutus: sed q misit me pater / ipse mandatū dedit michi quid dicam / aut quid loquar. Et scio quia mandatū eius vita eterna est Que ergo ego loquor: sicut dixit michi pater / sic loquor.

¶ Dñica quarta post pascha. Officiũ



Cantate domino canticum nouũ allelupa. qr mirabilia fecit dominꝰ allelupa. ante cõspectum gentium reuelauit iusticiam suam. allelupa allelupa. Ps. Saluauit sibi dextera eius: et brachium sanctum eius. Gloria. Or.

Deus qui fidelium mentes vnius efficis voluntatis: da populis tuis id amare qđ preci pis / id desiderare quod promittis: vt inter mũdanas varietates ibi nostra fixa sint corda vbi vera sunt gaudia. Per dominũ nostrũ

Lectio epystole beati iacobi apli. i. ca.

Carissimi: Omne datum optimum et omne donum perfectum desursum est: descendens a patre luminum. Apud quẽ non est transmutatio: nec vicissitudinis obumbratio. Voluntarie genuit nos verbo veritatis: vt simus initium aliquod creature eius. Scitis fratres mei dilectissimi. Sit autem omnis homo velox ad audiendum: tardus autem ad loquendum: et tardꝰ ad iram. Ira enim viri: iusticiam dei non operatur. Propter quod abiicientes omnem immundiciam et abũdantiam malicie: in mansuetudine suscipite insitum verbum. Qđ potest saluare animas vestras.

R. Allelupa. V. Vado ad eum qui me misit: sed quia hec locutꝰ sum vobis tristicia impleuit cor vestrum. Allelupa.

Vsus. In die resurrectionis mee dicit dominus: precedam vos in galileam.

Sequentia. Ecce dies cele. Quere feria quarta post pascha. ¶ Secundum Johannem. xvi. capitulo.

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Vado ad eũ q̃ misit me et nemo ex vobis interrogat me q̃ vadis? Sz qr hec locutus sũ vobis: tristicia



impleuit cor vestrum. Sed ego vitatẽ dico vobis expedit vobis vt ego vadã? Si ei nõ abiero: paraclitus non veniet ad vos. Si autem abiero: mittam eum ad vos. Et cum venerit: ille arguet mundum de peccato / et de iusticia & de iudicio. De peccato quidem quia non crediderunt in me. De iusticia vero: quia vado ad patrem et iam non videbitis me. De iudicio autem: quia princeps mundi huius iam iudicatus est. Adhuc multa habeo vobis dicere: sed non potestis portare modo. Cum autem venerit ille spiritus veritatis: docebit vos omnem veritatẽ. Non enim loquetur a semetipõ: sz que cũq; audiet loquetur: et que ventura sunt annunciabit vobis. Ille me clarificabit: quia de meo accipiet: et annunciabit vobis. Omnia quecũq; habz pater: mea sunt Propterea dixi quia de meo accipiet: et annunciabit vobis. Offer.

Jubilate deo vniuersa tra. iubilate deo vniuersa terra: psalmũ dicite noi eius. venite et audite et narrabo vobis om

nes qui timetis deum q̄nta fecit domin⁹ anime mee alleluya. Secreta.

Deus q̄ nos per huius sacrificii venerāda ɔmercia vni us summeq̧ diuinitatis partici pes efficis/presta q̄sum⁹: vt sicut tuam cognoscimus veritatē: sic eam dignis moribus assequamur Per dominū nostrū. Cōio. Dum venerit paraclitus spiritus veritatis ille arguet mundum de peccato et de iusticia/et de iudicio alleluya allā. P⁹cōio

Adesto nobis domine deus noster vt per hec q̄ fideliter sumpsimus ⁊ purgemus abiectis: ⁊ a periculis exuamur. Per dn̄m.

¶ Feria.iiii. Ad thessalonicēses. i.v.

Fratres: Oēs vos filii lucis estis: et filii dei. Nō sumus noctis: neq̧ tenebrarum. Igitur non dormiamus sicut et ceteri: sed vigilemus et sobrii simus. Qui enī dormiūt. nocte dormiūt/⁊ q̄ ebrij sunt: nocte ebrij sunt. Nos autē qui diei sumus/sobrij simus: induti loricā fidei et caritatis/ et galeam spei ⁊ salutis Qm̄ non posuit nos deus in iram: sed in acquisitionē salutis. per dn̄m nostrū iesum christū qui mortuus est pro nobis. Ut siue vigilemus/siue dormiamus: simul viuamus cū illo. Propter quod consolamini inuicē: et edificate alterutrū. In christo iesu: dn̄o nostro. Scdm̄ iohānē. xvii.

In illo tēpore. Respiciēs iesus ī discipulos suos: dixit. Pater sancte / serua eos ī nomie tuo quos dedisti michi: vt sint vnū sicut et nos. Cum essem cū eis ego seruabā eos in nomine tuo. Quos dedisti michi custodiui: et nemo ex his periit/nisi filius perditionis vt scriptura impleatur. Nunc autē ad te venio: et hec loquor in mundo / vt habeant gaudium meū impletū in semetipsis. Ego enī dedi eis sermonē tuum: et mūdus eos odio habuit / quia non sunt de mundo: sicut et ego non sum de mundo. Non rogo vt tollas eos de mūdo: sed vt serues eos a malo. De mundo non sunt: sicut et ego non sum de mundo. Sanctifica eos ī veritate: sermo tuus veritas est. Sicut me misisti in mundum: et ego misi eos ī mūdum. Et pro eis sanctifico me ipsum: vt sint et ipsi sanctificati in veritate. Non pro his autē rogo tantum: sed pro eis qui credituri sunt per verbum eorum in me.

¶ Feria.vi. Secundum lucam. xii.c.

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Cum inducent vos in synagogas et ad magistratus et potestates: nolite solliciti esse qualiter respondeatis/ aut quid dicatis. Spūs enim sanctus docebit vos ī ipsa hora: que oporteat dicere. Ait autē et q̄dam de turba. Magistri dic fratri meo vt diuidat mecū hereditatem. At ille dixit ei. Homo quis me constituit iudicem aut diuisorem supra vos? Dixitq̧ ad illos. Uidete et cauete ab omni auaricia: q̄r nō in abundantia cuiusq̧ vita eius est ex his que possidet. Dixit aūt per similitudinem ad illos dicens. Hominis cuiusdā diuitis vberes fructus ager attulit: ⁊ cogitabat intra se dicens. Quid faciā/ q̄r nō habeo quo congregē fructus meos? Et dixit. Hoc faciā. Destruā horrea mea: et maiora faciam. Et illuc ɔgregabo oīa que nata sunt michi et bona mea: et dicam anime. Anima habes multa bona reposita ī ānos plurimos: requiesce/

comede bibe & epulare. Dixit aūt illi de⁹. Stulte: hac nocte aīaȝ tuam repetēt a te. Que aūt parasti / cui⁹ erūt? Sic ē q̄ sibi thesaurizat et nō est in deo diues. ¶ Dominica quinta post pascha. Officium.



Uocē iocūditatꝫ anūciate & audiat allā. nūciate vsq͂ ad extremū tre. liberauit dn̄s pplm suū al. al. ℣. Jubilate deo oīs tra / psalmū dicite nōi ei⁹: date glaȝ laudi ei⁹. Glia.

Deus a q̄ bōa cūcta pce (or. dūt / largire supplicib⁹ tuis vt cogitem⁹ te ispirāte q̄ recta sūt et te gubernāte eadē faciamus. p.

Deus qui nos ānua beatorū martyꝝ tuorū tymothei et appollinaris solēnitate letificas eoꝝ q̄s cōtinua itercessione super nos miam tuā multiplica: ut quorū patrocinijs gratulamur: ipsorū suffragijs salutis nobis auxiliū adesse sentiamus. p. Secreta.

Munera q̄s dñe pro tuoꝝ cōmemoratione sctōꝝ tymothei et appollinaris solennitate oblata propici9 suscipe: et pia eorum intercessione salutem nobis prouenire cōcedas. p. Postcōio.

Beatorū martyrū tuorum tymothei et appollinaris domine intercessione placatus cōcede q̄s: ut sacramenti veneranda perceptio: fiat oīū nr̄orū remissio pctōꝝ. p. ¶ In die scti bartholomei. Offm̄. Michi autem ni. Oratio.

Omīps sempiterne de9 qui huius diei venerandā sanctāq3 leticiam ut apli tui bartholomei festiuitate tribuisti: da eccl'ie tue q̄s et amare quod credidit: et predicare quod docuit. Per. ¶ Fiat memoria de sancto audoeno epo. Or.

Deus q̄ perennē gl'iam sctissimi cōfessoris tui atq3 pontificis audoeni aīe ꝯtulisti: tribue q̄s ei9 nos apd̄ te patrociniis ita adiuuari: ut cū eo vitā possideamus eternā. p. Epl'a. Iā non estis ho. R. Nimis honorati sunt. Alleluya. V. Non vos me elegistis. Sequentia.

Laudemus omēs inclita bartholomei merita. Cuius sacra solennia nobis inspirent gaudia. Per diem flexis genibus cen

tum orabat vicibus. Nec minus noctis tpe toto prostratus corpore. In illius psentia obmutescut demonia. Christi sonate buccina falsa terrent numia Nō astaroth illudere geti psumit misere. Nec fallere/nec ledere/nec lesis potest parcere. Graui dignus supplicio cruciat incēdio. Quāta sit ei⁹ tortio berith patet idicio. Per virtutes apli patescit fraus dyaboli. Arte detecta subdoli cultores cessant ydoli Liber exultat pseutius hostis expulsa rabie. Credit ꝗ rex polimius ppter salutē filie. Permiss⁹ ab apostolo demō mugit ex ydolo. A vobis vltra miseri sacra nō posco fieri. Me iā nil posse fateor/ꝗ vix respirās torqueor ante diē iudicii penā ferēs incēdij. Sic affatus apparuit et sigilla cōminuit sz nec psentes terruit. nā virt⁹ crucis affuit. Christi signat caractere fanū man⁹ āgelica. Lesos absoluit libere ptāte magnifica. Mox pellē mutat yndia tincti baptismi grā. Ruga carēs et macula celesti gaudet copula. Currunt ergo pōtifices ad astiagem supplices. Athletā iā emeritū poscentes ad iteritū. Sub xpi testimonio caput obiecit gladio. Sic triūphauit hodie doctor et victor yndie. Bartholomee postula pro seruis prece sedula. Ut post vite curricula christū laudēt per secula. Amē.

Euangeliū. Facta est contentio. Offer. In omnem terram. Secreta.

Beati apli tui bartholomei solēnia recensentes qs dne. vt auxilio eius tua bnficia capiam⁹: p quo tibi laudis hostias offerimus. P. De sctō audoeno. Secreta

Oblata qs dne munera fidelis popli meritis beatissimi confessoris tui atqꝫ pontificis audoeni tibi reddantur accepta: vt abiecta contagione peccati ijsdē quibus famulamur misterijs: clemēter emūdari mereamur. Per.

Cōio. Vos qui secuti estis. P⁹cōio.

Sumptis dne salutarib⁹ sacramētis p solēnitate beati apostoli tui bartholomei supplices deprecamur: vt ꝗ predicauit/ et credam⁹ / pariter ꝗ sequamur. Per. De sancto audoeno. postcōio.

Mense celestis participatiōe vegetati te supplices rogam⁹ ops de⁹: vt sicut de bti audoeni ꝯfessoris tui atqꝫ pōtificis ppe tua glorificatiōe ānua celebritate gaudem⁹: ita ipi⁹ apd te itercessiōe ab oī mereamur aduersitate defendi. P. Scti ludouici. Offm.

Gaudeamus oēs i dño diē festū celebrantes sub honore beati ludouici/ de cuius solennitate gaudent angeli et collaudant filium dei. Ps. Domine in virtute tua letabitur rex: et super salutare tuum exultabit vehementer. Gloria patri. Oratio.

Deus ꝗ beatū ludouicū confessorē tuū de terreno ac tēporali regno ad celestis et eterni gloriā trāstulisti: eius qs meritis et itercessiōe regis regū iesu christi filii tui nos coheredes efficias: et eiusdem regni tribuas esse consortes. Per eundem dñm nostrum iesum christū filium tuum. Qui. Lectō libri sapientie. Ecclesiastici. xxxi.

Beatus vir qui inuentus est sine macula/et qui post aurū nō abiit: nec sperauit in pecunie thesauris. Quis est hic et laudabimus eū? Fecit eñ mirabilia in vita sua. Qui probat⁹ est i illo/ et perfectus iuētus est: et erit illi

gloria eterna. Qui potuit trāsgre di et nō ē trāsgressus: ꝛ facere ma la et nō fecit. Ideo stabilita sunt bona illi⁹ i dño: ꝛ elemosinas illi us enarrabit oīs ecclīa sctōꝝ. ℟. Dñe pueniſti eū ī bñdictiōib⁹ dulcedis: posuiſti i capite ei⁹ coronā de lapide pre cioso. ℣. Vitā petiit et tribuiſti ei lōgitu dinē dieꝝ i seculū sctī. Allā. ℣. Felix co rona frācie ludouici ℣tutib⁹: cui⁹ coro na glīe refulget i celestib⁹. Sequētia.

Regē regū beneremur et de regis glīemur ludouici glīa Ex frācoꝝ regni cura btōꝝ regni iura possidet ī patria. Christū xpo cōformatū magnū fecit et beatū virtutū immēsitas. Longū fides amor latū / altū spes / sed non ela tū / pfundū hūilitas. Vultū hīs dauid regis / ezechie zelū legis et iosie studiū. Dictus vere lucis da tor: vite custos et amator ī xpo vi uentiū. Orbis signis illustrat / ca pto regi restaurat / liber pda per ditus. Vita dat morituris / clau dis gressus / lux obscuris et capti uis reditus. In extremis successo rē reformauit ꝛ cultorē esse dei do cuit. Cert⁹ demū de corona maris vndis depto iona celi portum te nuit. Vita viuens beatoꝝ felix re gnat rex francorum ī beatis sedi bus. Supplicemus sctō regi nos sanctoꝝ iungi gregi piis eius pre cibus. Amen. Scdm matheum. vi.

In illo tpe Dixit iesus disci pulis sui s. Cōsiderate lilia agri quomodo crescūt. Nō labo rant neq nent. Dico autē vobis: qm̄ nec salomon in oī glīa sua co opertus est sicut vnū ex istis. Si enim fenū agri qd hodie est ꝛ cras in clibanū mittit deus sic vestit: quantomagis vos modice fidei? Nolite ergo solliciti esse: dicētes. Quid mādūcabim⁹ / aut qd bibe mus / aut quo operiemur? Hec ei oīa gētes inquirūt. Scit ei pater vester: qꝛ his oīb⁹ indigetis. Que rite ergo primum regnū dei et iu sticiam eius: et hec oīa adiicietur vobis. Offer. Filie syon exultent i re ge suo. laudent nomen eius in choro in tympano et psalterio psallant ei. Secr.

Presta q̄s oīps deus: vt sicut beatus ludouicus confessor tuus per abūdantiā grē tue oble ctamētis mūdialibus spretis soli regi xpo placere studuit: ita eius oratio nos tibi reddat acceptos. Per do. Cōio. Iustum deduxit domi nus per vias rectas ꝛ ostendit illi regnū dei: et dedit illi scientiam sanctorum. ho nestauit illum in laboribus suis et com pleuit labores illius. Postcōmunio.

Deus qui almū confessorem tuū ludouicū mirificasti in terris: quesumus vt iam in celis gloriosum effectum ecclesie cōsti tuas defensorem: ea mq eius pre cibus et meritis ab oī aduersita te liberare digneris. Per dñm.

¶ Bernardi abbis. Offm. Os iusti. Epla. Iust⁹ cor suū. ℟. Dñe preue nisti. Allā. ℣. Disposui. Seq. Sup ne mtis gaud. Euāg. Videte vigi late. Offer. Veritas. Cōio. Beatus seruus. ¶ Eodem die fiat memoria de sctō genesio martyre: et sumātur orōnes de cōi vni⁹ mar. ¶ De sctō rufo mart. Offm. Iustus vt palma. oratio.

Adesto dñe supplicationib nrīs: vt vtī rufi martiris tui intercessiōib⁹ cfidētes: nec minis aduersantiū / nec vllo cturbemur incursu. p. Epla. Btūs vir q̄ i. ℟. Iust⁹ vt pal. Allā. ℣. Posuisti. Euā. Nichil optū. offer. Posuisti. Secr.

Oblat q̄s dñe placare mūeri b: ꝛ icedēte. btō rufo mar

tpre tuo/a cūctis etiā nos defende periculis. p. Cōio Qui vult. p°cō.

Celestibus repleti sacris et gaudiis supplices te rogamus ops de⁹: vt cuius gloriamur triūphis: protegamur auxiliis. p.

Augustini epi et doctoris. Offm.

In medio eccle aperuit os eius et impleuit eum dñs spū sapientie et itellect⁹: stola glie iduit eū. Ps. Jocunditatē et exultationē: thesaurisauit super eum. Gloria patri. Or.

Deus q btm augustinū ecclesie tue in exponendis sacre scripture mysteriis doctorē optimū et electū antistitē puidisti: da nobis qs ei⁹ sp et doctris instrui: et oratione fulciri. p. Epla. Dedit dñs cōfessionē. R. Dñe preuenisti. Alleluya. V. Posui. Sequentia.

Interni festi gaudia nostra sonet armonia. Quo mens in se pacifica vera frequentat sabbata. Mundi cordis leticia adorans vera gaudia. Quib⁹ pregustat auida q sit sanctoꝝ glia. Qua letatus in patria celicolaꝝ curia. Regē donātē pmia: sua cernēs in glia. Btā illa patria q nescit nisi gaudia. Nā ciues hui⁹ patrie nō cessant laudes canere. Quos ille dulcor afficit quē null⁹ meror ifi cit. Quos null⁹ hostis ipetit: nullusq turbo cōcutit. Ubi dies clarissima melior ē q milia. Luce lucens prefulgida plena dei noticia Quā mēs humana capere nec linguabalet pmere: donecvite victoria ꝯmutet hec mortalia. Qñ de⁹ est oia: vita/virt⁹/sciētia/vict⁹/vestis/ et cetera q velle potest mēs pia. Hoc in valle misera meditet mens sobria: hoc per saporem sentiat/hoc attendat dum vigilat. Quo mūdi post exilia coronetur in patria: ac in decoris gloria regē laudet per secula. Harū laudū preconia imitetur ecclia. Cū recēsentur annua sctōꝝ natalicia. Cū post peracta prelia: digna reddūtur pmia. Pro passiōe rosea/p castitate cādida. Dat et torques aurea p doctrina catholica. Qua pfulget augustinus ī summi regis curia. Cuius libroꝝ copia fides firmatur vnica. Hinc et mater catholica vitat erroꝝum deuia. Cui⁹ seq vestigia ac pdicare dogmata. Fide recta ac feruida: det nobis mater gra. Amē. Euāg. Uos estis sal terre. Offr. Ueritas. Secreta.

Sancti confessoris tui augustini nobis domine pia non desit oratio: que et munera nostra tibi conciliet: et tuam nobis idulgentiam semper obtineat. Per d. Cōio. Beatus seruus. postcōmunio

Ut nobis dñe tua sacrificia dent salutem: beatus confessor tuus atq pontifex augustinus qs precator accedat. p dñm.

Eodē die hermetis mr. meōria. Or.

Deus q btm hermetē martirē tuū virtute cōstantie in passione roborasti: ex eius imitatione tribue pro amore tuo psperа mūdi despicere: et nulla ei⁹ aduersa formidare. Per. Secreta.

Sacrificiū tibi dñe laudis offerim⁹ ī sancti martyris tui hermetis cōmeōratione: da qs vt qd illi cōtulit ad gloriam: nobis proficiat ad salutē. p. postcōio.

Repleti dñe benedictione celesti qs clemētiā tuā/ vt intercedēte beato hermete martyre tuo: q humiliter gerim⁹/salubriter sentiam⁹. p. In decollatione sancti iohannis baptiste. Officium.

IOhānes autē cū audisset
in vinculis opa xpi mit:
tēs duos ex discipls suis
ait illi. tu es qui ventur9
es an aliū expectamus? ꝟ. Videns
autē iesus ait illis. eūtes renunciate io:
hāni que audistis et vidistis. Gl'ia. or.
Sancti iohis baptiste et mar
tyris tui qs dñe venerāda fe
stiuitas salutarꝫ auxiliū nobꝫ pstet
augmētū. p. ¶ Fiat mēo. de s. sabia
virgīe: et sumant' orōes i cōi vni9 vgis.
Lcō libri sapiētie. Prouerbiorꝫ. x. c. xi
Expectatio iustorum leticia:
spes aūt ipiorꝫ peribit. For
titudo simplicis via dñi: et pauor
his q̄ operāt' malū. Iust9 ieternū
nō ꝯmouebit': ipii aūt nō habita:
būt in terra. Os iusti parturit sa:
piētiā: ligua prauorꝫ pibit. Labia
iusti ꝯsiderāt placita: et os ipiorꝫ
peruersa. Simplicitas iustorꝫ di:
riget eos: & supplātatio puersorꝫ
vastabit illos. Iusticia iustorū li
berabit eos: et i isidiis suis capiē
tur iniq̄. Iust9 de angustia libera
tus est: et tradet' ipi9 p eo. Simu:
lator ore decipit amicū suū: iusti
aūt liberabunt' sciētia. In bonis
iustorū exaltabit' ciuitas: et i per:
ditione ipiorū erit laudatio. In
benedictōe iustorꝫ: exaltabit' ciui
tas. ℟. Herodes enim tenuit & ligauit
iohannē et posuit i carcerē. ℣. Propter
herodiadem quā tulerat fratri suo viuē:
ti vxorem. Alleluya. ℣. Misso herodes
spiculatore precepit amputari caput io:
hannis in carcere. Sequentia.
Precursorē summi regis et
preconē noue legꝫ celebrat
ecclia. In hac luce tā festiua gau
de mater et votiua deprome pco:
nia. Huius ortum veneremur: sꝫ
nec minus delectemur i eius mar
tyrio. Totus mūdus fit iocūdus:
nulli martyr hic secūdus virtute
vel premio. Non est nostre parui
tatis virū tante dignitatis lauda
re per oia. Summa rei recitet': vt
affectus excitet' ex eius memoria.
Non arūdo leuitatis sed colūna
vitatꝫ nulla palpat crimia. Scri
bas tāgit et doctores: vocās legꝫ
trāsgressores: vipere genimia. Ar
guebat hic herodē: nec terret' ab
eodē: ligatus i carcere. Fert iniu
ste iustus penā: rem detestans tā
obscenā regis et adultere. Seuit
in hūc vis tiranni laus accrescit
huic iohanni / tirāno supplicium
Stultus seuit sapienti quia iust9
in presenti purgatur per impium
In natalis sui cena capitali ple:
cti pena iohannem rex imperat.
Spiculator saltatrici / saltatrix
dat genitrici: caput qđ petierat.
Crux presignat sublimari christū
sed hūc minorari capitis abscisio
Mors ē iusti pciosa quam pcessit
gl'iosa vite ꝯuersatio. Nos ad lau
dē tuā xpe pcursoris & baptiste co
lim9 solēnia. Tu nos ab hac mor
tis valle duc ad vitā recto cale p
eius vestigia. Amē. S. marcū. vi. c.
In illo tēpore: Misit hero:
des & tenuit iohannē: & vin
xit eum i carcerē propter herodia
dem vxorē philippi fratris sui: q:
duxerat eam. Dicebat eni iohan:
nes: herodi. Non licet tibi habe:
re vxorem fratris tui. Herodias
autem isidiabatur illi: et volebat
occidere eū nec poterat. Herodes
enim metuebat iohannem: sciēs
eum virū iustū et sanctū: et custo
diebat eum. Et audito eo multa
faciebat: et libēter eum audiebat
Et cū dies oportunus accidisset:
herodes natalis sui cenā fecit pn
cipibus et tribunis / & primis ga:

lilee. Cum introisset filia ipsi⁹ herodiadis et saltasset / et placuisset herodi simulq͡ recūbētib⁹: rex ait puelle. Pete a me qđ vis et dabo tibi. Et iurauit illi q2 q̄cq̄d petieris dabo tibi: licet dimidiū regni mei. Que cū exisset: dixit mr̄i sue. Quid petā? At illa dixit. Caput iohānis baptiste. Cūq͡ introisset statim cū festinatione ad regē: petiit dicēs. Volo vt p2otin⁹ des michi in disco: caput iohīs baptiste. Et cōtristatus est rex ꝓpter iusiurandū: et ꝓpter simul discūbētes noluit eā cōtristari. Sed misso spiculatore: p̄cepit afferri caput ei⁹ in disco. Et decollauit eū ī carcere: et attulit caput ei⁹ ī disco. Et dedit illud puelle: et puella dedit matri sue. Quo audito discipuli ei⁹ venerūt: et tulerūt corpus eius: Et posuerunt illud: in monumento. Offer. Misit rex spiculatorē et p̄cepit amputari caput iohannis i carcerem quo audito discipuli eius venerunt ⁊ sepelierunt eum allelupa. Secreta.

M Unera q̄ tibi dn̄e pro sancti martyris tui iohīs baptiste deferimus passiōe / q̄ dum finit in terris: factus est celesti sede perpetuus. q̄s vt eius obtentu nobis ꝓficiant ad salutem. Per d̄. Memoria de sancta sabina. Cōio. Ite dicite iohāni ceci vident / surdi audiūt / mortui resurgunt: et beatus est q̄ non fuerit scandalizatus in me. Postcōmunio.

C Onferat nobis dn̄e quesum⁹ scti iohīs baptiste vtrūq͡ solennitas. vt sacramenta magnifica que sumpsimus / et sanctificata veneremur: et in nobis potius edita gaudeamus. Per. Memoria de sctā sabina. vt supra. ¶ Sanctorum felicis et adaucti martyrum. Officium. Sapientiam. oratio.

M Aiestatē tuā dn̄e supplices exoram⁹. vt sicut nos iugiter sanctorū tuorū cōmemoratione letificas: ita semꝑ supplicatione defendas. p. Epla. Sancti per fidem. ℟. Exultabunt. Alleluya. ℣. Reddet. Euange. Nolite arbitrari. Offer. Letamini in do. Secreta.

H Ostias domine tue plebis intende et quas in honore sanctorū tuorum felicis et adaucti deuota mente celebrat: proficere sibi sentiant ad salutem. per d̄. Cōio. Quod dico vobis. Postcōio.

R Epleti dn̄e munerib⁹ sacris q̄s vt itercedētib⁹ sctīs tuis felice et adaucto in gratiaꝝ actione maneamus. p d̄. ¶ Sancti egidii abbatis. officiū. Os iusti. oratio.

I Ntercēde nobis dn̄e m[i]s[eri]c[ordi]am tuam beati egidii abbatis intercessione / et cui⁹ nos dedisti patrociniis adiuuari: tribue vt maiestatē tuā iugiter exoret pro nobis. p. ¶ Memoria sctī p2isci martyris.

O Mn̄ps sempiterne de⁹ fortitudo certantiū ⁊ martyrum palma: solennitatē hodierne diei p2opici⁹ ītuere: et ecclīam tuā ꝯtinua fac celebritate letari. vt itercessiōe btī martyris tui p2isci: oīꝫ ī te cred[en]tiū vota ꝑficias. p. Epla Iustū deduxit d̄. ℟. Dn̄e p2euenisti Allā. ℣. Iste sanctus. Sequentia.

C Ongaudētes exultem⁹ exultantes celebrem⁹ egidii solēnia. Qui triūphans de terrenis coronādus ī supnis: summa petit gaudia. Hūc īsignē pietate virū, plenū sctītate / stirpe natū regia Tēplū deo mox futurū: mūdo satis p2ofuturum ꝓcreauit grecia. Qui ī p2io euī flore: quāt⁹ foret in virore ꝓmōstrauit gr̄a. Data veste mēdicāti ꝯfert diu lāguescenti

salutis remedia. Hic post morte᷑ genitor᷑ plenꝰ laude meritorum suabendit oia Larga manu dat egenis exges ipse alienis exultat a nr̄ia Un dis naute fatigati: portū petūt liberati p eiꝰ suffragia. Medicina dū rogat sanitati reuocat vidualis filia Pellit sterilitas: succedit fertilitas surgit messis copia Egri reparatio prīsi morbi bicio mestis fit leticia. Ad deserta sitiēs pperauit fugiēs hoīz cōsortia. Panis ibi de erat: xp̄s tñ aderat parando cibaria. Fame ne deficeret: affuit q̄ pasceret virū dei bestia. Hic latere voluit: sed latētē repperit regalis familia Per nutricē cognitꝰ a rege ꝯmonitꝰ struit monasteria. Illic castra militū p xp̄o certantiū collocauit fortia Hūc deuote q̄ pcat voto regis nō frustrat ptestante gallia Cū pro rege supplicat quo ꝯmissi pmerebat ipetratur venia Mox nacturꝰ premia p mūdi victoria subijt celestia. Quē celi militia duxit ad palatia vbi pax et gl'a Hūc subnixe flagitemꝰ flagitātes iplorēmꝰ nob̄ dari gaudia. Quo felices maneamꝰ et cū sctis concinamus festiuum allelupa. Euangelium. Nemo accendit. Offer. Desiderium. Secreta.

Intercessio q̄s dñe beati egidij abbatis munera nostra commēdet: nosq̄ eius veneratio sancta tue maiestati reddat acceptos. p. ¶ De sctō prisco. Secreta.

Ejus tibi dñe precibus hec grata reddatur oratio: pro cuius est festiuitate imolanda. p. Cōis. Semel. Postcommunio.

Quesumꝰ oīps deꝰ: vt q̄ celestia alimēta pcepimus: iter cedēte btō egidio abbate / per hec cōtra oia aduersa muniamur / et ad eterna gaudia subseq̄nda spes nobis suppetat et facultas. Per. ¶ De sancto prisco. Postcōmunio.

Presta q̄s dñe vt sacramēti tui participatiōe vegetati scti q̄q martiris tui prisci pcibꝰ adiuuemur. p. ¶ Euurtii epi et ꝯfes. Offi. Statuit. Epl. Doctrinis variis. R. Iurauit. Allā. V. Iustus germinabit. Euā. Sint lūbi vr̄i. Offer. Ueritas. Cōmunio. Betus seruus.

¶ In natiuitate btē marie. Officiū.

Gaudeamꝰ oēs in dño: diē festū celebrātes sub honore marie virginis de cuiꝰ natiuitate gaudēt āgeli et collaudant filium dei. ps. Eructauit cor meum verbum bonum dico ego opera mea regi. Gloria. Oratio.

Supplicatiōes seruor᷑ tuor᷑ deꝰ miserator exaudi: vt q̄ i natiuitate dei gēitricis et v'ginis marie ꝯgregamur: eiꝰ ītcessiōibꝰ a te de īstātibꝰ piculis eruamur. p. Lctō libri sapiē. Ecclīastici. xxiiij. c.

Ego q̄si vitis fructificaui suauitatē odoris: et flores mei fructꝰ honoris et honestatis. Ego mr̄ pulchre dilectiōis et timoris / et agnitiōis et sctē spei. In me oīs grā vie et veritatis: i me oīs spes vite et v'tutis. Trāsite ad me oēs q̄ cōcupiscitis me: et a gn̄atiōibꝰ meis iplemini. Sp̄us eni meꝰ super mel dulcis / et hereditas mea sup mel et fauū. Memoria mea / i gn̄atione seculor᷑. Qui edunt me adhuc esurient: et qui bibunt me adhuc sitiēt. Qui audit me nō cōfūdetur: et q̄ operātur i me nō peccabūt. Et q̄ elucidāt me: vitā eternā habebūt. R. Bñdicta et venerabilis es virgo maria que sine tactu pudoris inuenta es mater saluatoris. V. Uirgo dei genitrix quē totus non capit

orbis in tua se clausit viscera factus hō. ℟. Bñdicta. Allā. ℣. Natiuitas glo: riose virginis marie ex semine abrahe orta de tribu iuda clara ex stirpe dd. Seq̄

Lux aduenit veneranda lux in choris iubilāda luminosis cordib⁹. Qui⁹ leta lux diei festū refert mr̄is dei dedicādū laudib⁹. Vox exultet modulata mēs resultet medullata ne sit laus inutilis. Sic laus deo decātet vt in eo collaudet mr̄ ei⁹ nobilis. Gloriosa dignitate viscerosa pietate cōpūctiua noīe. Cū honore matronali cū pudore virginali nitet celi cardie. Rub⁹ quōdā ⁊ ardebat ⁊ hūc ardor nō vrebat: nec virorē nocuit. Sic ardore spiritali nō a tactu cōiugali virgo deū genuit. Hic ē ille fons signatus ort⁹ clausus fecūdatus virtutū seminib⁹. Hec ē illa porta clausa: quā latente de⁹ causa clauserat hoīb⁹ Hec est vellus trahēs rorē: plen⁹ agerdās odorē cūctis terre finibꝫ. Hec est vga ferēs florē tra suū saluatorē ger: minās fidelib⁹. Hec ē dicta p̄ exēplū: mōs castellū aula tēplū thalam⁹ ⁊ ciuitas. Sic eidē aliorꝫ assi: gnat electorꝫ nominum sublimitas. Cui⁹ p̄ces vicia cui⁹ nomen tristia/cui⁹ odor lilia cui⁹ vicunt labia fauū i dulcedine. Sup nucē sapida/sup niuē cādida: sup rosā rosida: sup lunā lucida/veri solis luīe. Imperatrix superorꝫ supatrix inferorū. Eligēda via celi retinēda spe fideli separatos a te lōge reuocatos a te iūge tuorꝫ collegio. Mat bona quā rogam⁹ nobis dona qd optam⁹ Nec sic spnat peccatores: q̄ non cernas precatores reos sibi diffidētes tuos tibi confidentes tuo siste filio. Amen. Initium sancti euangelii scd̄m iohānem. i.

Liber generatiōis iesu xp̄i filii dauid: filii abraham. Abrahā genuit ysaac Isaac aūt: genuit iacob. Iacob aūt: genuit iudā ⁊ fr̄es eius. Iudas aūt genuit phares ⁊ zarā de thamar. Phares autē: genuit esron. Esrō autem/ genuit aran. Arā aūt: genuit aminadab. Amiadab aūt genuit naason. Naason aūt: genuit salmon Salmon autē: genuit booz de raab. Booz autem: genuit obeth ex ruth. Obeth autem: genuit iesse. Iesse aūt: genuit dauid regē. Dauid autē rex genuit salomonē/ex ea q̄ fuit vrie. Salomō autē genuit roboā Roboā aūt: genuit abyā Abya aūt: genuit asa. Asa aūt: genuit iosaphat. Iosaphat aūt: genuit iorā. Iorā aūt: genuit oziaꝫ. Ozias āt: genuit ioathā. Ioathā aūt: genuit achaz. Achaz aūt: genuit ezechiā. Ezechias aūt: genuit manassē. Manasses aūt/genuit amon. Ammō aūt: gēuit iosyā Iosyas aūt genuit ieconiā ⁊ fratres ei⁹ in trāsmigratione babilonis. Et post transmigrationē babilonis: ieconias gēuit salathiel. Salathiel aūt: genuit zorobabel. zorobabel aūt: genuit abiō. Abiud aūt: genuit eliachim. Eliachī autem: genuit azor. Azor aūt: genuit sadoch. Sadoch autē: genuit achim. Achim aūt: genuit eliud. Eliud aūt: genuit eleazar. Eleazar aūt: genuit mathan. Mathan aūt: genuit iacob. Iacob aūt: genuit ioseph viruꝫ marie. De quo natus est iesus: qui vocatur christus. Credo. Et dicitur dñica infra octabas et in octa. tm̄. Offr̄. Beata es virgo maria que dominum portasti creatorem mundi genuisti qui te fecit et in eternum permanes virgo. Secreta.

Unigeniti tui nob[is] dñe succurrat humanitas: vt q̃ natus de virgine matris integritatē non minuit sed sacrauit: in natiuitatis eius solēnĳs / a nostris nos piaculis exuēs: oblationem nr̃am tibi reddat acceptā Qui tec. Cō. Beata viscera marie virginis que portauerūt eterni p̃ris filiū. Postcō.

Sumpsim[us] dñe solēnitas annue votiua sacramēta: p̃sta q̃s: vt intcedēte btā dei genitrice maria: et tp̃alis nobis vite remedia prebeant et eterne. Per eūdē. ¶ Die secundo. Offm. Gaudeam[us] Or. Supplicationes seruorū. vt in die. Fiat meō. de sctō gorgonio. Or.

Sanctus martyr tuus gorgonius dñe sua intercessiōe letificet / et pia faciat solennitate gaudere. Per. ℟. Benedicta. Allā. ℣. Uirga iesse. Offertoriū. Felix nāq[ue]. Secrē. Unigeniti. vt in die. De sancto gorgonio. Secreta.

Grata sit tibi dñe nostre seruitutis oblatio: pro qua sanctus gorgonius interuentor existat. Per. Cōio. Alma dei genitrix. Postcōio. Sumpsimus domine. vt in die. De martire. Postcōio.

Familiā tuam dñe suauitas illa contingat et vegetet / que in martire tuo gorgonio: xp̄i tui bono iugiter odore pascatur. Per. ¶ Die tercio octabarū. Allā. ℣. Per te dei genitrix. Offr. Recordare. Cōmunio. Uera fides. ¶ Die quarto fiat memoria sanctorum proti et iacincti per has orationes. Oratio.

Beatorū prothi et iacincti nos dñe foueat preciosa confessio: et pia iugiter intercessio tueatur. Per dominum. Allelupa. ℣. Post partum. Offertoriū. Beata es. Quere in die. De martiribz. Secrē.

Pro sanctorū tuorū prothi et iacincti cōmemoratione munera tibi dñe que debemus exoluimus: presta q̃s: vt remediū nobis perpetue salutis operētur. Per. Cōio. Marie virginis orō collocet nos in celorū palatio. De martirib[us]. Postcōio.

Ut percepta nos dñe tua scā purificēt: vti prothi et iacincti q̃s implorēt orō. p. ¶ Die quinto Allā. ℣. Salue virgo. Offr. Felix. Cōio. Regina mundi. ¶ Die sexto. Fiat memoria de sācto maurilio epō et cōfessore. Allā. ℣. Ora p nobis. Offr. Recordare. Cōio. Bñdicta. ¶ Dñica īfra octa. Allelupa. ℣. Gaude virgo Euangeliū. Liber generationis. Quod dicit tantum dñica infra octa. et in octabis. Ceteris vero diebus. Euāgeliū. Loquente iesu ad turbas. Offertoriū. Aue maria. Cōmunio. Aue regina. ¶ In exaltatione sancte crucis. Offm. Nos autem. Oratio

Deus q̃ vnigēiti filĳ tui dñi nr̃i iesu xp̄i p̃cioso sanguiē hūanū gen[us] redimere dignat[us] es cōcede p̃pici[us]: vt q̃ ad adorandā viuificam crucē adueniūt: a p̃ctorū suorū nexibus liberentur Per do. Memoria sctōrū cornelii et cipriani. Or.

Infirmitatē nostrā q̃s dñe propicius respice: et mala oīa que iuste meremur / sctōrū tuorū cornelĳ et cipriani intercessione auerte. Per. Ad galathas. vi. cap.

Fratres: Uidete qualibus litteris scripsi vobis manu mea. Quicunq[ue] enī volunt placere in carne: hi cogunt vos circuncidi: tm̄ vt crucis xp̄i p̄secutionē nō patiantur. Neq[ue] enī qui circūcidūtur: legē custodiūt: sed volūt vos circuncidi vt in carne vestra glorientur. Michi autē absit gloriari: nisi in cruce dñi nostri iesu

xp̄i: per quē michi mundus cruci
fixus est: et ego mūdo. ℟. Christus
factus est ꝓ nobis obediēs vsq; ad mor
tē: mortē aūt crucis. ℣. Propter quod ⁊
de⁹ exaltauit illū ⁊ dedit illi nomē qd̄ ē
sup oē nomē. Allā. ℣. Dulce lignū dul-
ces clauos dulcia ferēs pōdera q̄ sola fui
sti digna sustiere regē celor ⁊ dn̄z. Seq̄.

Salue crux arbor vite precla
ra. Vexillū christi thron⁹ ⁊
ara. O crux pphanis terror ⁊ rui
na. Tu christianis virtus es diui
na: salus et victoria. Tu properā
tis cōtra maxentiū. Tu preliātis
iuxta danubiū: constantini glia.
Fauens heraclio perdis cū filio:
cosdroe pphanum. In hoc salu-
tari ligno gloriari: decet christia
nū. Crucis lōgū/latuz. Sublime
profundū. Sanctis propalatum
quadrū saluat mūdū/ sub quadri
figura. Medicina vera. Christ⁹ i
statera. Crucis est distract⁹: preci
umq; factus soluit mortis iura.
Crux ē nr̄e libra iusticie Sceptrū
regis virga potētie. Crux celestis
signū victorie. Belli robur ⁊ pal-
ma glie Tu scala tu ratis tu crux
desperatis tabula suprema. Tu de
mēbris christi decorez traxisti: re
gum dyadema. Per te nobis crux
beata/ crux cruore consecrata: sē
piterna gaudia det superna gra-
tia. Amen. Secundum iohānē. xii. c.

In illo tempore: Dixit iesus
turbis. Nunc iudicium est
mundi: nūc princeps huius mun
di eiicietur foras Et ego si exalta
tus fuero a terra: omnia traham
ad meipsum. Hoc autem dicebat:
significans qua morte esset mori-
turus. Respondit ei turba. Nos
audiuimus ex lege: quia christus
manet in eternum. Et quomodo
tu dicis oportet exaltari filiū hoī
nis? Quis est iste filius hoīs? Di
xit ergo eis ies⁹ Adhuc modicum
lumen in vobis est. Ambulate dū
lucē habetis: vt non tenebre vos
cōprehendāt. Et q̄ ambulat i tene-
bris nescit quo vadat. Dū lucē hē
tis credite i lucē: vt filij lucis sitz.
Credo. Offer. Protege. Secreta.

Deuotas dn̄e hūilitatis nr̄e
preces ⁊ hostias mīe tue co
mitetur auxiliū et salutē quā per
adā ī padiso ligni clauserat teme
rati presumptio: ligni rursū fides
aperiat. per. De martyribus. Sect.

Plebis tue dn̄e munera beni
gnus intende: que maiesta
ti tue pro sanctorum tuorum cor-
nelij et cipriani martyrum solen-
nitatibus sunt dicata. Per domi
num. Cōio. Per lignum. Postcōio

Iesu christi dn̄i nr̄i corpore
⁊ sāguine signati per quem
crucis vexillum sāctificatuz est/
quesumus domine de⁹ noster/ vt
sicut hāc adorare meruimus/ita
perennitatis eius gloria saluta-
ri potiamur effectu. Per eundem
dn̄m. De martyribus. Postcōio.

Quesum⁹ dn̄e salutarib⁹ re-
pleti misterijs vt quor solē
nia celebram⁹: eor oratiōib⁹ ad-
iuuemur. Per. In octabis beate ma
rie sicut in die. fiat tamnn memoria de
sancto nichomede martyre. Oratio.

Adesto domine populo tuo
vt beati nichomedis mar-
tyris tui merita p̄clara suscipiēs
ad ipetrandā mīam tuā sēper ei⁹
meritis adiuuet. Per d. Secreta.

Suscipe dn̄e munera propici
us oblata que maiestati tue
beati nichomedis martyris tui cō-
mendet oratio. per do. Postcōio.

Purificēt nos domine sacra
menta que sumpsimus / et

intercedēte btō nichomede martyre tuo a cunctis efficiant victijs absolutos. Per dominum. ¶ Eufemie virginis et martyris. Officiū. Vultum tuum de. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus q̄ infirma mundi eligis: vt fortia queq3 confundas concede propicius: vt qui btē eufemie martyris tue solennia colim⁹: eius apud te patrocinia sētiamus. Per. ¶ Lucie et geminiani martyrum. memoria. Orationes in communi. Eplā. Sapientia vincit. ℟. Specie tua. Allelujā. ℣. Emulor. Euāgeliū. Simile est regnum celorum decem virginib⁹. Offr. Offerentur lōgi⁹. Secr.

Gratanter dn̄e ad munera dicanda cōcurrim⁹ q̄ noī tuo pro solennitate martyris tue eufemie suppliciter immolam⁹ q̄s/ vt eius interuentu nobis salutaria reddant. Per dominū. Cōio. Simile est regnum celorum. Postcō.

Sanctificet nos dn̄e q̄s tui pceptio sacramēti: vt intercessio beate martyris tue eufemie tibi reddat acceptos. Per. ¶ Sācti flocelli martyris. Officicium. Letabitur iust⁹ in domino et. Oratio.

Concede nob3 clemētissime pr̄ celestis merit3 et itercessiōib⁹ scti martyr3 tui flocelli nr̄o rū cūctor3 veniā pctōr3 ad vtē perēnitatis i glīa tua cū electis tuis p̄miū sempiternū. Per. ¶ Scti lamberti martyris: meōria. Oratio.

Deus qui sanctā huius diei solēnitatē nobis pro cōmemoratiōe scti lāberti martyr3 tui atq3 pōtificis fecisti: adesto q̄s familie tue p̄cib⁹: vt q̄ ei⁹ merita in presenti festiuitate recolimus: patrocinia in augmēto v̄tutū sētiam⁹. P. Epl. Iust⁹ si morte. ℟. Posuisti. Allā. ℣. Letabitur. Seq. Organicis. Euāgeliū. Nisi granu3 fru. Offr. Glīa et hono. Quere orationem secretā et postcō. i cōi vni⁹ martiris. ¶ Sācti lamberti mar. Secr.

Oblata tibi dn̄e munera sanctifica et iteruenīēte btō lāberto martire tuo atq3 pōtifice: et nobis salutaria te miserante et tibi accepta reddant. P. Cōio. Qui michi. ¶ De sancto lamberto. P⁹cō.

Intercessio dn̄e beati lāberti martiris tui atq3 pontificis tuā nobis nō desinat applicare iusticiā: et nostrū tibi deuotum iugiter efficere famulatum. Per. ¶ In vigilia sācti mathei aplī oīa vt in cōi. preter ōnes et euangel'. Orō.

Da q̄s oṗs de⁹: vt beati mathei aplī tui et euangeliste (quā p̄uenimus) venerāda solennitas: et deuotionē nobis augeat et salutem. Per. Secūdu3 lucam. ℣.

In illo tp̄e: Vidit ies⁹ publicanū nomine leui sedētē ad theloneū: et ait illi. Seq̄re me. Et relictis oīb⁹ surgēs: secut⁹ est eū. Et fecit ei conuiuiū magnū leui i domo sua: et erat turba multa publicanor3 et alior3 qui cū illis erāt discūbētes. Et murmurabāt pharisei et scribe eor3: dicētes ad discipulos eius. Quare cū publicanis et peccatoribus manducatis et bibitis? Et respondens iesus: dixit ad illos Non egent qui sani sunt medico: sed qui male habēt. Non veni vocare iustos: sed peccatores ad penitentiam. Secreta.

Apostolice reuerentie cultū offerimus sacris mysterijs imbuendū presta dn̄e q̄s vt beati apostoli tui et euāgeliste mathei suffragijs cuius natalicia preuenimus / hec plebs tua semper et

sua vota d₃mat ⁊ desideria pficiat

Beati mathei apli tui (q. p⁹c. ⁊ euāgeliste q̄s dn̄e supplica tiōe placat⁹: ⁊ veniā nob₃ tribue ⁊ remedia sēpiterna concede. per.

¶ Sancti laudi constantien epi. Offm.

Statuit ei dn̄s testamētū pacis et principē fecit eū vt sit illi sacerdotij digni tas in eternu₃. Ps. Mias dn̄i in eternum cantabo. Gloria. Or.

Deus q̄ ad decorādā ecclia₃ tuā vtilissimū ↄstituisti lau dū pōtificē: da nobis diuā adipi sci leticiā vt cui⁹ gloriosū solēnit ce lebram⁹ trāsitū: eterne vite pmia p ei⁹ obtineam⁹ obtentū. Per. Le ctio libri sapientie. Ecclesiastici. l. cap.

Ecce sacerdos magn⁹ q̄ i vi ta sua curauit gentē suā: et liberauit eā a perditiōe. Qui suf fulsit domū: et i dieb⁹ suis corro borauit tēplū. Qui pualuit āpli ficare ciuitatē: q̄ adept⁹ est glia₃ i ↄuersatiōne gentis. Quasi stella matutina i medio nebule ⁊ quasi luna plēa i dieb⁹ suis lucet ⁊ qua si sol refulgens sic ille effulsit i tē plo dei. Quasi arcus refulgens i ter nebulas glorie / et quasi flos rosarū in dieb⁹ veris. Quasi lilia q̄ sunt in transitu aq̄: ⁊ quasi th⁹ redolens in dieb⁹ estatis. Quasi ignis effulgens et thus ardēs in igne: et quasi vas auri solidū or natū oī lapide pcioso. Quasi oli ua pullulās ⁊ quasi cypress⁹ in al titudinē se extollēs In accipiēdo illū stollā glorie: ⁊ vestiri eū in cō sūmatiōe virtutis. In accēssu al taris sācti: gloriā dedit sanctita tis amictū In accipiendo autem partes de manu sacerdotum: ⁊ ip se stans iuxta aram porrexit ma num suam in libationem: et liba uit de sanguine vue. Effudit in fundamento altaris: odorem di uinum excelso principi. Et itera uit orōnē suā volens ostdere vir tutē dei: q̄ fecit nobiscū miā₃ suā. Et det nobis iocunditatē cordis: et fieri pacē i dieb⁹ nr̄is: in isrl̄/p dies sēpiternos. R. Dn̄e preuenisti eū in bn̄dictiōib⁹ dulcedīs: posuisti i ca pite eius coronam de lapide p̄cioso. V. Vitam petiit et tribuisti ei longitudi nem dierum in seculum seculi. Allā. V. Posui adiutorium meū sup potentē et exaltaui electum de plebe mea. Seq̄.

Lux preclara lux solennis / quam electus duodennis il lustrauit obitu Ter apparet chri sti parens trino laudum ter appa rens presulauit monitu. Minor annis adolescens mente maior fit senescens morum priuilegio. Visus stupet et natura q etatem tam matura preuenit religio Pu er purus ⁊ insignis insignit mul tis signis virtutis et gratie. Dū thus ferret ⁊ dat illū fulsit ignis super illū in columbe specie. Ser pens fallax et astutus christi ser uos consecutus robur serpit ar boris. Seruos seruat a serpente seruus dei tres repente partes fi unt roboris. Ceca fores pulsat a nus stantem foris vir human⁹ re cepit interius. Templi limen vt i trauit cece lumē reserauit duplex hostiari⁹. Laudo cedit hostis do li tuos laude tua noli frustrari me moria. Iesu clemēs ⁊ benigne rac cū laudo te ↄdigne laudem⁹ i gli. Amē. Scdm matheum. xxv. capitu.

In illo tp̄e: Dixit ies⁹ disci pulis suis parabola₃ hanc. Homo quidā peregre pficiscens vocauit seruos suos: et tradidit illis bona sua. Et vni dedit quiq₃

talenta: alij autem duo: alij vero
vnū. Unicuiqȝ secūdum propriaȝ
virtutē: et pfectus est stati. Abijt
autem qui quinqȝ talenta accepe
rat: et operatus est in eis/ et lucra
tus est alia quinqȝ. Similiter et q̄
duo acceperat: lucrat⁹ ē alia duo
Qui aūt vnū acceperat: abiēs fo
dit in terrā/ et abscōdit pecuniaȝ
dn̄i sui. Post multū vero tp̄s vēit
dn̄s seruorum illorum: et posuit ratio
nē cū eis. Et accedens q̄ quinqȝ ta
lenta acceperat obtulit alia qnqȝ
dicens. Dn̄e/ quinqȝ talēta tradi
disti michi: ecce alia quiqȝ suplu
cratus sū. Ait illi dominus eius.
Euge serue bone et fidelis: quia
super pauca fuisti fidelis. Supra
multa te cōstituam: intra in gau
dium dn̄i tui. Accessit autē et qui
duo talenta acceperat: et ait. Do
mine duo talēta tradidisti michi
ecce alia duo superlucratus sum.
Ait illi dominus ei⁹. Euge serue
bone et fidelis: q: sup pauca fuisti
fidelis: supra multa te constituā.
Intra in gaudiū dn̄i tui. Offer.
Ueritas mea et mīa mea cum ipso et in
noīe meo exaltabit cornu ei⁹. Secre.
Muneribus nr̄is q̄s dn̄e vir
tutē tue bn̄dictionis īfūde:
q̄ et ea sctificet: et vti laudi cōfes
soris tui atqȝ pōtificis p̄cibus su
mētiū corda dignanter expurget. P
Cō. Btūs seruus quē cum venerit dn̄s
inuenerit vigilantē amē dico vobis sup
oīa bona sua cōstituet euȝ. Postcōio.
Hec diuini sacrificij pceptio
q̄s dn̄e nr̄orum soluat vincula
scelerū: et itercedēte btō laudo cō
fessore tuo atqȝ pōtifice tuā nobis
īdulgētiā sp acq̄rat. P. Mathei
apl'i et euāgeliste. Offi. Os iusti. Or.
Beati mathei apl'i tui et euā
geliste q̄s dn̄e precibus ad
iuuemur: vt quod possibilitas no
stra nō obtinet: ei⁹ nobis itercel
sione donetur. P. Epla. Similitu
do vultus. R. Beatus vir. Alleluya.
V. Primus ad syon. Sequētia. Celi
solē. Secundum matheum. ix. capi.
In illo tp̄e: Uidit iesus ho
minē sedentē i theloneo ma
theū noīe: et ait illi. Sequere me.
Et surgēs: secut⁹ est eū. Et factū
est eo discūbēte i domo: ecce mul
ti publicani et peccatores venien
tes discūbebant cum iesu et disci
pulis eius. Et videntes pharisei:
dicebāt discipulis eius Quare cū
publicanis et pctōribus mādūcat
magister vester? At iesus audiēs
ait. Nō est opus sanis medicus/
sed male habentibus. Euntes au
tem discite quid est: miam volo et
non sacrificiū. Nō eni veni voca
re iustos: sed peccatores. Credo.
Offertoriū. Posuisti. Secreta.
Supplicatioib⁹ apostoli tui
beati mathei et euangeliste
q̄s dn̄e ecclesie tue commendetur
oblatio: cuius magnificis predi
cationibus eruditur. Per dn̄m.
Cōio. Magna est. Postcōmunio.
Perceptis dn̄e sacramentis
btō matheo apostolo tuo et
euangelista interueniente depre
camur: vt que pro illius celebra
ta sunt gloria/ nobis proficiant
ad medelaȝ. Per. Mauricii socio
rūqȝ eius. Offm. Intret. Oratio.
Annue q̄s oīps deus: vt nos
sanctorum tuorum mauricij
exuperij/ candidi/ victoris/ ino
cētij/ et vitalis: ac sociorum eorūdē
letificet festiua solēnitas/ vt quo
rū suffragijs nitimur/ natalicijs
gloriemur. Per Epla. Spectacu
lum. R. Gloriosus. Alleluya. V. Ful
gebūt. Seq. Ecce pulchra. Euāg.

uides ies⁹. Offer. Letamini. Secr.
Respice dñe munera que in sanctorum martirū tuorū mauricij/ exuperij/ cādidi/ victoris/ innocētij/ et vitalis: ac sociorum eorūdē cōmemoratione deferimus et presta: vt quorum honore sūt grata: eorū nobis sint intercessiōe proficua. Per dominum. Cōio. Posuerunt. Postcōmunio.
Celestibus repleti sacramētis et gaudijs: supplices te rogamus dñe: vt quorum gloriamur triumphis: protegamur auxilijs. Per. ¶ Die quarto octabarū sancti laudi. Offi. Statuit. Epla et euāge. mutentur qualibet die ītra oct. put ordinantur in cōi vni⁹ confessoris. R. Ecce sacerdos. Allā. V. Iste sctūs. Offer. Inueni. Cō. Fidelis. ¶ Die quīto. R. Inueni. Allā. V. Disposui. Offer. Desiderium. Cōio. Domine quinqꝫ. Die sexto. R. Jurauit. Allā. V. Justus germinabit. Offer. Inueni. Cō. Semel iuraui. ¶ Dñica infra octa. sicut ī die. dicatur tamen hec sequentia.
Sancte laude miles egregie tis prestētis memor familie. Sūmi regis astās pñtie nos presēta celesti curie. Jā trāsacto felici prelio miles sctē gaudes de premio Nos ī tuo prōptos obsequio psequat tua ptectio. Nos ī hui⁹ vite naufragio tua regat iugꝭ orō Ut ad portū celestis prie dirigat curs⁹ eccle Nos ī tua prōptos preconia regi regū xpo cōsilia. Nos ab hui⁹ lacu miserie duc ad portū celestis prie. Ubi tecū miles egregie pfruamur palma victorie Quod det nobꝭ xp̄s rex glie. amē ¶ Cosme et damiani mar. Offi. Sapiētiā. Orō
Martyrū tuorū cosme et damiani natalicia celebrātes supplices te rogam⁹: vt quos ī celesti gloria sublimasti tuis facias adesse fidelibus. Per. Epla. Rememoramini. R. Clamauerūt. Allā. V. Sancti et iusti. Prosa.
Dies adest veneranda dies votis amplectenda dies digna laudib⁹. Diē de⁹ hāc sacrauit qua presentes aggregauit martyres martyrib⁹. Isti frēs sūt natura fide penis sepulta signis et potētia. Quos gemellos mat fudit hos coequat/ hos ɔcludit meritū et glia. Ars istorū medicina quorū erat disciplia pcib⁹ respuere Gratis datū gratis dabāt et sic man⁹ ɔseruabāt imunes a mūere. Uim medēdi qua pollebāt ex celesti cōtrahebāt dono sꝫ ab hoīe Ars hūana vis herbarū cito fallit pdest parū sine sacro flamie. Qui salutē dat egroto sꝫ ī pte nō ex toto nō ē artis optie. Ars quā docet sacrū flamē ɔfert egrꝭ medicamē corporis et aīe. Claud⁹/ surd⁹/ mut⁹/ cec⁹/ sanabat quin et pec⁹ horū bñficio. His cessert cūcta rite/ demō/ tortor/ crux/ sagitte/ lapis/ mors pditio. Cōsūmatos fine pari iussit simt tumulari vox cameli nūcia. Sic ī tris pdicat sic ī celis coronat martirū victoria. Euā. Hec mādo. Offer. Gliabuntur. Secreta.
In tuorū dñe preciosa morte sctōrū cosme et damiāi sacrificiū illud offerim⁹: de quo martiriū sūpsit pricipiū: qđ qs ppiciationis tue nobis mun⁹ obtineat. Per. Cōio. Posuerunt. Postcōio.
Sit nobis dñe libatio sacramēti certa saluatio: que btōrum martyrū tuorum cosme et damiani meritis imploratur. Per. ¶ In oct. s. laudi oīa vt ī die pter seq.
Grato psallēs laudū pconio laudo laudes soluat hec cō:

Grato psallēs laudū pconio laudo laudes soluat hec con=cio et resultet solēni gaudio plebs deuota. Laud⁹ laudes h⁹e meruit hic est em̄ q̄ vere tenuit vite vias quē nulla polluit noxe nota. Vite cui⁹ q̄stiuit isignia plane mōstrat in puerita duodēnis diuia gr̄a p=electus. Notū quidē nō est a scto q regēdo sic puer pplo solo dei nutu preābulabo sit prefect⁹ Hic est puer quē iesus mediū statuendo/ sibi vicariū pelegit delegās ouiū prefecturā. Qui pastorē secut⁹ p=uiū et exēplar fact⁹ humiliū con=fessoris gessit officiū atq̄ curam. Hic pastoris adeptus apicē salu=taris pgustās calicē sibi hausit: et suis lucē xpinauit. Hic pastoris agen excubias/mūdi fast⁹/car=nis blādicias/demonūq̄ graues iniurias triumphauit. Ad hoc triplex gemētes pliū iplorem⁹ hui⁹ auxiliū sono voci/ affectu cordiū postulātes. Ut sacra nos ei⁹ oro prauitatꝫ emūcto vicio ꝯsolet in hoc exilio laborātes. ā. ℭ Scti michaelis in monte gargano. Officium.

Benedicite dn̄m oēs angeli eius potētes virtute q̄ factis verbū eius ad audiēdā vocē sermonū eius. Ps. Benedic anima mea domio: etoīa que intra me sunt noī sancto eius. Or.

Deus qui miro ordīe ange=lorū ministeria hoim q̄ di=spensas cōcede propici⁹: vt q̄bus tibi ministrantib⁹ in celo semper assistitur: ab his in terra vita no=stra muniatur. Per do. Lctō libri apocalipsis bti iohannis apostoli. i. a.

In diebus illis: Significa=uit de⁹ q̄ oportet fieri cito: loquēs per angelū suū seruo suo iohanni/ q̄ testimonium phibuit verbo dei et testimoniū iesu xpi in his q̄cūq̄ vidit. Btūs q̄ legit et q̄ audit verba pphetie huius: et ser=uat ea q̄ i ea scripta sunt. Tps em̄ prope est. Johēs septē ecclesiis q̄ sunt i asya: gr̄a vobis et pax ab eo qui est et q̄ erat et q̄ vētur⁹ est. Et a septē spiritib⁹ q̄ in ꝯspectu throni ei⁹ sunt: et a iesu xpo qui est testis fidelis primogenit⁹ mortuo=rū et princeps regū terre. Qui dilexit nos: et lauit nos a pctis nr̄is in sanguine suo. ℟. Bn̄dicite dn̄m oēs angeli ei⁹ potētes virtute q̄ facitis verbū eius. ℣. Bn̄dic aīa mea domio et oīa interiora mea nomen sctm̄ ei⁹. Allā ℣. In conspectu angelorum psallam ti=bi domine deus meus. Sequentia.

Laus erūpat ex affectu psal=lat chorus in cōspectu supnox ciuiū. Laus iocūda laus de=cora qn̄ voci concanora puritas est cordiū. Michaelem cūcti lau=dent nec ab hui⁹ se defraudēt diei leticia. Felix dies qua sctōx recē=set āgelox solēnis victoria. Dra=co vet⁹ expugnat et draconis effugat iimica legio. Exturbat⁹ ē turbator et piect⁹ accusator a celi fa=stigio. Sub tutela michaelis pax in terra pax i celis laus et iubila=tio. Cū sit potēs hic vtute pro cōstās salute triūphat i prelio. Suggestor sceleris pulsus a supis per hui⁹ aeris oberrat spacia. Dolis inuigilat vir⁹ isibilat sꝫ hūc adnichilat pn̄s custodia. Tres distictē gerarchie iugi vacāt theorie iugi q̄ psallētio nec obsistit theoria siue iugis armonia iugi misterio. O q̄mire caritatꝫ ē supne ciuita=tis ter terna distictio. Que nos a=mat et tuet vt ex nob̄ restauretur eius diminutio. Diuisio. Sicut

sunt hoīuꝫ diuerse gr̄e: sic erūt or
dinū distīcte gl'ie iustꝫ ī p̄mio. So
lis ē alia q̄ lune dignitas: stellarꝝ
varia relucet claritas sic resurre:
ctio. Uet⁹ hō nouitati se tren⁹ pu
ritati ꝯformet celestiū Coequalis
his futur⁹ lꝫ nōdū plene pur⁹: spe
p̄sumat p̄miū. Ut ab ipis adiuue
mur hos deuote veneremur istan
tes obseq̄o. Deo nos ꝯciliat āge:
lisq̄ sociat sincera deuotio. De se
cretis reticētes iterī celestib⁹ eri:
gam⁹ puras mētes ī celū cū mani
b⁹. Ut supna nos digneꝫ cohere:
des curia et diuia collaudeꝫ ab v:
trisq̄ gr̄a. Capiti sit gl'ia mēbꝛis:
q̄ ꝯcordia. Amē. S. matheū. xviij.

IN illo tpe: Accesserūt disci
puli ad iesuꝫ: dicētes. Quis:
putas maioꝛ ē ī regno celoꝛū? Et
aduocās ies⁹ paruulū: statuit eū
in medio eoꝝ ꝛ dixit. Amē dico vo
bis: nisi ꝯuersi fueritꝫ ꝛ efficiami
sicut paruuli: nō ītrabitꝫ ī regnū
celoꝛū. Quicūq̄ ergo hūiliauerit
se sicut paruul⁹ iste: hic maioꝛ ē ī
regno celoꝝ Et q̄ susceperit vnū par
uulū talē ī noīe meo: me suscepit.
Qui aūt scādalizauerit vnū de pu
sillis istisq̄ ī me credūt: expedit ei
vt suspēdaꝫ mola asinaria ī collo
ei⁹/et demergaꝫ ī p̄fundū maris
Ue mūdo a scādalis. Necesse est
eīn: vt veniāt scādala. Uerūtamē
ve hoī illi: per quē scādalū venit.
Si aūt man⁹ tua vel pes tu⁹ scan
dalizat te: abscide eū et p̄ice abs
te. Bonū est tibi ad vitaꝫ ingredi
debilē vel claudū: q̄ duas manus
vel duos pedes habentē mitti in
ignē eternū. Et si ocl's tu⁹ scādali
zat te: erue eū ꝛ p̄ice abs te. Bo:
nū est tibi cū vno oculo ad vitam
intrare: q̄ duos ocl'os hñtē mitti
in gehēnā ignis. Uidete ne cōten
natis: vnum ex his pusillis. Dico
eīn vobis: q: āgeli eoꝝ ī celis sꝑ vi
dent faciē p̄ris mei: q̄ in celis est.
Offr. Stetit āgelus iuxta arā templi
hñs thuribulū aureū in manu sua: et da
ta sunt ei icensa multa: ascēdit fum⁹ aro
matū in cōspectu dei allā. Secreta.

MUnus populi tui q̄s dñe di:
gnāter assume: non q̄d no:
stris meritis sꝫ scti archāgeli tui
michaelis dep̄catiōe sit tibi gra:
tum. Per do. Cōio. Benedicite oēs
angeli domini domino hymnum dicite
et superexaltate eū in secula. Postcōio.

BEati archāgeli tui michae:
lis intercessiōe suffulti/sup
plices te dñe dep̄camur: vt q̄s ho:
noꝛe p̄seq̄mur: ꝯtigam⁹ ꝛ mēte. P

¶ In festo reliquiarū ꝯfañ. Offm.

SApientiā sanctoꝝ narrāt
ppl'i et laudē eoꝛū nūciat
eccl'ia nomia aūt eoꝛū vi
uent in seculum seculi. P.
Exultate iusti in domino: rectos decet
collaudatio. Gloꝛia patri. Oratio.

PRopiciare nobis q̄s dñe fa
mulis tuis per sctōꝝ tuoꝛū
quoꝝ reliquie in p̄senti cōtinē:
tur eccl'ia merita gl'osa vt eoꝛum
pia intercessione/ab oībus semꝑ
protegamur aduersis. Per dñm.
Lcō libꝛi sapiētie. Eccliastici. xliiij. c.

HI sunt viri mie: quoꝝ iusti
cie obliuionē nō acceperūt
Cū semine eoꝛū permanēt bona:
hereditas scta nepotes eoꝛū. Et
in testamētis stetit semen eoꝛū: et
filii eoꝝ propter eos vsq̄ ī eternū
manēt. Generatio eoꝛū et gl'ia eoꝛū.
nō derelinq̄tur. Corpoꝛa eoꝝ ī pa
ce sepulta sunt: et nomen eoꝛū vi:
uet ī secula. Sapiam eoꝛū narrēt
oēs populi: et laudē eoꝝ pronun:
ciet oīs eccl'ia sanctoꝝ. ℟ Timete
dominū oēs sancti eius q̄m nichil deest

timentibus eum. V. Inquirentes autē dñm nō deficiēt oī bono. Allā. V. Fulgebunt iusti et tanq̄ scintille in arundineto discurrent in eternum. Sequētia

Superne matris gaudia representet ecclia. Dum festa colit annua suspiret ad perpetua In hac valle miserie mater succurrat filie. Hic celestes excubie nobiscum stent in acie. Mundus caro demonia diuersa mouēt prelia. Incursu tot fantasmatū turbat cordis sabbatū. Dies festos cognatio simul hec hʒ odio. Certāt q̄ pari federe pacē de terra tollere. Cōfusa sunt hec oīa spes met⁹ meror gaudiū. Uix hora vel dimidia fit ī celo silētiū. Quā felix illa ciuitas: ī q̄ iugis solēnitas. Et q̄ iocūda curia q̄ cure prorsus nescia. Nec languor hic nec seniū nec fraus/nec terror hostiū: sʒ vna vox letantiū et vn⁹ ardor cordiū Illic ciues angelici sub gerarchia triplici trie gaudēt ꝛ simplici se monarchie subiici. Mirant nec deficiūt ī eū quē pspiciūt: fruunt nec fastidiūt quo frui magis sitiunt. Illic p̄res dispositi pro dignitate meriti semota iā caligie lumē vidēt ī luie. Diuisio. Ubi scti quorū hodie celebrant solēnia. Iā reuelata facie regē cernūt ī glīa. Illic regina vtutū trāscēdēs culmē ordinū. Excuset apd dñʒ nrōꝝ lapsus criminū Nos ad sctōꝝ glīam per ipsoꝝ suffragia. Post p̄esentem miseriā christi perducat gratia. Amen. Secundum lucam. xii.c.

In illo tp̄e: Dixit ies⁹ discipulis suis. Sint lūbi vr̄i p̄cincti: ꝛ lucerne ardentes ī manib⁹ vr̄is. Et vos siles hoībus expectātib⁹ dñm suū: qn̄ reuertatur a nuptijs. Ut cū venerit et pulsauerit: cōfestim aperiāt ei. Beati serui illi: quos cū venerit dñs iuenerit vigilantes. Amē dico vobis q̄ p̄ciget se et faciet illos discūbere: et trāsiēs ministrabit illis. Et si venerit ī secūda vigilia/ et si ī tercia vigilia venerit/ ꝛ ita iuenerit: vtī sunt serui illi. Hoc autē scitote: quoniā si sciret paterfamilias qua hora fur veniret/ vigilaret vtiq̄ et nō sineret perfodi domum suam. Et vos estote parati: quia qua hora nō putatis filius hominis veniet. Credo. Offer. Letamini in domino et exultate iusti: et gloriamini omnes recti corde. Secreta.

Ecclesie tue dñe munera sanctifica et cōcede: vt per eoꝝ merita quorum venerandas corporum gaudemus: presentia fiāt nobis tua virtute salutaria. Per d. Cōio. Gaudete iusti ī dño alleluya: rectos decet collaudatio allā. Postcōio.

Sumpta nos dñe sacramēta viuificēt: et sanctoꝝ quorū p̄senti letamur patrocinio: cōtinuo foueamur suffragio. Per dñʒ

¶ Sancti hieronimi presbyteri et doctoris. Officiū. Os iusti. Oratio.

Deus qui per beatū hieronimum cōfessorē sacerdotem q̄ tuū scripture sacre veritatem ꝛ mistica nobis reuelare sacramenta dignat⁹ es/ p̄sta q̄s: vt cuius natalicia colimus/ eius semper ꝛ doctrinis erudiamur: et meritis adiuuemur. Per do. Epla. Optaui. Gr. Domine p̄uenisti. Alleluya. V. Iustus germinabit. Sequentia. Adest namq̄. Euangel. Uos estis sal terre. Offer. Inueni. Secreta.

Hostias tibi dñe vti hieronimi cōfessoris dicatas meritis benignus assume: ꝛ ad perpetuū nobis tribue prouenire subsi

diuũ. P. Cõio. Fidelis ser. Postcõio.

Exultet dñe ppls tuus in sancti hieronimi cõmẽoratiõe et cuius votiuo letat officio / releuetur auxilio. Per dominum.

¶ Remigii/sociorumq eius confessorum. Offm. Sacerdotes tui do. Or.

